


This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.


About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

Gi
18
15

Gi 18.15

HARVARD COLLEGE
LIBRARY



FROM THE BEQUEST OF
MRS. ANNE E. P. SEVER
OF BOSTON

Widow of Col. James Warren Sever
(Class of 1817)

DE
IONIS CHII
VITA MORIBUS ET STUDIIS DOCTRINAE SCRIPSIT

FRAGMENTAQUE COLLEGIT

CAROLUS NIEBERDING.

LIPSIAE
APUD C. H. F. HARTMANNUM.
MDCCCXXXVI.

Gr 18.15

OCT 15 1884

Sever Fund.

HARVARD COLLEGE LIBRARY

2434
48.300
30

PRAEFATIO.

Cum Ionis tragici vitam et mores illustrare simulque scriptorum reliquias componere instituerem, haud verendum mihi putavi, ut literarum Graecarum studiosis operam meam probarem. Cum enim vel summa ingenia hoc studio exerceri delectarique videamus, ut scriptorum veterum fragmenta colligant atque mores ex iis cognoscant, tum Ionis, florentissimae aetatis poetae clarioris vita et doctrinae studium prae ceteris peculiari opera et disputatione digna

videntur esse. Verum ut in iis, quorum opera saltem non omnia tempestatis illius importunitas nobis invidit, ut in Sophocle vel in Platone fieri solet, ut non eum qui singula cujusque opera pertractaverit atque etiam intellexerit, scriptorem vere intellectum habere dicamus, ita etiam in conferendis illis reliquiis ea demum vera atque ingenua ratio existimanda est, quae singulorum diligentia non omissa, accuratam distincteque expressam formam sive ideam ingenii scriptoris animo suppeditet. Quorum itaque scriptorum fragmenta pauciora sunt, quam ut inde vel generis poesis vel ipsius poetae ad ingenium illustrandum erui quidquam possit, etsi non prorsus spernenda at certe non tanto studio digna videri debent. Quae cum ita sint comparata, ut dubitari de iis non possit, non opus esse censeo longa explicatione, quare materiam a summis viris tractatam denuo tractandam elegerim. Qui enim peculiari scriptura

de poeta nostro egit, Bentlejus in epistola ad Millium, rem tetigit potius quam absolvit, et quo erat ingenii acumine, fragmenta foedissimis mendis tantum purgare, non poetae mores illustrare propositum habuit. Non aliud Toupii fuit consilium, qui in animadversionibus in Suidam praeter alios poetas plurima ex nostro, ut quaeque obvenerunt, sine ordine certo sed magna ingenii sagacitate atque etiam subtilitate illustravit et emendavit. Quorum virorum emendationes quamquam sunt, quas non esse probandas putavi, tamen poetam nostrum iis maximeque Bentlejo plurimum debere, eo libentius agnosco, quo expeditior, emendatis tot erroribus, quaestionis hujus ratio est facta. Hoc igitur in scribendo libro mihi proposui, ut speciem eam, quam e fragmentis ejus vel e scriptorum notis concepi atque formavi, explicarem, ut non solum vitam et scripta ejus illustrarem, sed etiam studia doctrinae expone-

[illegible] s sit [illegible]

[illegible]

[illegible] occidenta

[illegible] MDCCXXXVI.

CAPUT PRIMUM.

DE IONIS VITA DISPUTATUR.

Natus est Ion in insula Chio, et cum ubique fere ὁ Χῖος simpliciter laudetur, patriam ejus esse Chium urbem, insulae illius caput, pro explorato haberi potest. De genere ejus haec scribit Schol. ad Aristoph. Pacem v. 835 sive 630 ed. Inv. quae ex eo iisdem fere verbis repetunt Suidas et Harpocration v. Ἴων: υἱὸς δὲ ἦν Ὀρθομένους, ἐπίκλησιν δὲ Ξούθου. Quae ἐπίκλησις quid sibi velit, recte sensisse arbitror Leopardum Emendatt. II, 20, quanquam de scholiasta Aristophanis non videtur habuisse compertum. „In Suida, inquit, male Jon hic Chius cohaesit cum Ione, Apollinis sive Xuthi filio.“ Sollemnis enim alterius citandi ratio, qui ab omnibus scriptoribus Ἴων ὁ Ξούθου laudatur [1]), erroris fuit causa. Idem facile contigisset Achaeo tragico, modo patris ejus nomen alicubi lectum fuisset. Ceterum non obscuro loco neque parentibus egenis natum fuisse Io-

---

1) cf. Herodot. VII, 95. VIII, 44. Strabo ed. Cas. p. 383. 397. Pausan. lib. I, 31.

rem, et quod in singulis secutus sit ingenium docerem.

Scribebam Conitzae in Borussis occidentalibus, exeunte anno MDCCCXXXIV.

CAPUT PRIMUM.

DE IONIS VITA DISPUTATUR.

Natus est Ion in insula Chio, et cum ubique fere ὁ Χῖος simpliciter laudetur, patriam ejus esse Chium urbem, insulae illius caput, pro explorato haberi potest. De genere ejus haec scribit Schol. ad Aristoph. Pacem v. 835 sive 630 ed. Inv. quae ex eo iisdem fere verbis repetunt Suidas et Harpocration v. Ἴων: υἱὸς δὲ ἦν Ὀρθομένους, ἐπίκλησιν δὲ Ξούθου. Quae ἐπίκλησις quid sibi velit, recte sensisse arbitror Leopardum Emendatt. II, 20, quanquam de scholiasta Aristophanis non videtur habuisse compertum. „In Suida, inquit, malo Jon hic Chius cohaesit cum Ione, Apollinis sive Xuthi filio." Sollemnis enim alterius citandi ratio, qui ab omnibus scriptoribus Ἴων ὁ Ξούθου laudatur [1]), erroris fuit causa. Idem facile contigisset Achaeo tragico, modo patris ejus nomen alicubi lectum fuisset. Ceterum non obscuro loco neque parentibus egenis natum fuisse Io-

---

1) cf. Herodot. VII, 95. VIII, 44. Strabo ed. Cas. p. 383. 397. Pausan. lib. I, 31.

nem, multa evincunt argumenta, quae cum cuique facile obviam sint, non opus est ut singula enumerem. Quo anno natus sit, nullo significatur scriptorum testimonio, neque pro certo statui potest; sed comparatis inter se aliis quibusdam, quae de vita ejus exstant, testimoniis, aliquid assequi licet, quod quidem a verisimili non abhorreat. Admodum adolescens atque adeo puer, ut ipse de se refert apud Plutarchum vita Cimonis c. IX (*παντάπασι μειράκιον* [2]) Chio transvectus Athenas cum Cimone apud Laomedontem quendam coenavit. Quae res quo tempore sit facta, haud difficile e sermonibus inter coenam habitis conjicias. Manifestum enim est, tempus significari illud, quo Cimon post Sesti Byzantiique expugnationem, Persarum copiis ad Eurymedontem fluvium devictis, magno jam apud Athenienses in honore esse et Themistoclis gloriam aemulari coepit. Atqui Cimonem Oly. 77, 4 ossa Thesei Scyro insula Athenas reportasse et deinde certamen illud inter Aeschylum et Sophoclem dijudicasse constat; quam ob causam haec ejus *ἐπιδήμησις* inter Oly. 77, 4 et 78, 1 apte videtur collocari. Quae cum ita sint atque scholiasta ad Aristoph. l. c. et Suidas v. *Ἴων* primam Ionem tragoediam edidisse tradant Oly. 82, non multum sane a vero aberrare eum arbitror, qui natales Ionis statuat Olympiadis 74 annum inter primum et quartum esse collocandos. Ita enim puer quattuordecim fere annos natus Athenis Cimonem convenit, et inter annum undetrigesimum et trigesimum quartum aetatis primam fabulam docuit. Quae ne cui serior videatur aetas, Ionem cum

2) cf. vita Bruti c. 27. *οὔπω πάνυ μειράκιον ὢν ἀλλ' εἰκοστὸν ἄγων ἔτος.*

plurima tamque varia scripserit, post alios demum conatus ad scribendas tragoedias accessisse moneo. —

Ut de morte ejus quae esse dicenda videntur, statim adjungam, Aristophanes in fabula, quae inscribitur Pax, v. 835 mortuum Ionem ridet, quod item Scholiasta animadvertit. Verum non solum tunc temporis mortuum fuisse poetam nostrum, immo ipso anno, quo fabula est acta, decessisse eum oportere, recte haud dubie statuit Bentlejus epist. ad Mill. p. 50 sqq. Licet enim comicus postea quoque, velut in Ranis fabula, Ionem spectatoribus ridendum propinet, hic quidem jocus ita comparatus est, ut nisi in recens mortuum, frigidus parumque facetus fuisset. Quare cum Pax fabula edita sit anno primo Olympiadis 90, intra aetatis annum sexagesimum quartum Ionem obiisse oportet. Quae apud Suidam v. Ἴων leguntur: ἤρξατο δὲ τὰς τραγῳδίας διδάσκειν ἐπὶ τῆς πβ' Ὀλυμπ., nescio qui acceperunt de Olympiade 72, et eam ab causam merito vapulant Bentlejo l. c. Eo magis est mirandum, Heerenium v. cl. ad Stobaei eclogas phys. II p. 167. turpem istum errorem repetere, cum Ionem Ol. 72 adeo floruisse scribat. —

Majorem vitae partem jam inde a puero degisse Athenis, ibique primorum virorum consuetudine videtur usus esse. Etiam cum Aeschylo summo poeta familiaritate eum fuisse conjunctum, cum e loco Plutarchi possit divinari, tum ut infra dicetur studiorum quadam similitudine egregie confirmatur. Plutarchus enim de profect. in virtute tom. VII, p. 253 ed. Hutt., indeque Stobaeus in florileg. tit. 29 haec referunt: Αἰσχύλος γὰρ Ἰσθμοῖ θεώμενος ἀγῶνα πυκτῶν, ἐπεὶ πληγέντος ἑτέρου τὸ θέατρον ἐξέκραγε, νύξας Ἴωνα τὸν Χῖον, ὁρᾷς,

ἔφη, οἷόν ἡ ἄσκησίς ἐστιν; ὁ πεπληγὼς σιωπᾷ, οἱ δὲ θεώμενοι βοῶσιν. Quae verba ad adolescentulum potius quam ad adultum virum cum esse dicta videantur, hanc rem in Oly. 77, 3 cadere putaverim, vel si cum Hermanno de choro Eumenidum statuamus, Aeschylum, qui in illo cum Sophocle certamine victus Syracusas decessit, saepius in ea insula fuisse indeque Athenas rediise, in proxima Isthmia sive in Olymp. 78, 3. Aeschylus quidem in Sicilia mortuus est Olymp. 81, 1, cujus post mortem Olymp. 82. Ion Athenis primam fabulam docuit, cf. Suidas l. c.; Olymp. 84, 3—4 rursum Chii versatus est, ut ipse in libro, qui inscribitur ἐπιδημίαι, refert, ibique Sophoclem cum Pericle Samum classe navigantem convenit. Samo insula a Pericle novem mensibus debellata, circiter Olymp. 85, 1 Athenis eum fuisse, significatur fragmento secundo τῶν ὑπομνημάτων; Olymp. 87, 4 rursus Athenis cum Euripide et Jophonte tragoedia certavit, cf. argumentum Hippolyti Euripideae. Praeterea etiam Argis eum habuisse familiaritates, augurari certe licet ex carmine elegiaco, quod infra posuimus loco secundo. Alio autem vinculo tenebatur Corinthi, amore scilicet Chrysillae, Telei filiae, quo in amore Periclem ei aemulum fuisse auctor est Teleclides apud Athen. X, 436 f. Contentionem inter hos viros aliquam exstitisse, a verisimili non abhorret; hoc saltem constat, Ionem minus usum esse familiaritate Periclis, quippe cujus animum superbum et jactabundum eodem studio reprehendat, quo comitatem populareque ingenium Cimonis collaudat. cf. Plutarch. vita Periclis c. V et XXVIII. —

Ad probandam eam, quam supra proposui sententiam, rem familiarem Joni fuisse satis lautam atque

copiosam, hoc tantum utar argumento, quod scholiasta Aristoph., l. l., Athenaeus I, 3, atque inde Suidas v. *Ἀθηναῖος* Ionem tradunt cum Athenis tragoedia et dithyrambo simul certasset, victoriamque reportasset, singulis Atheniensibus *Χῖον κεράμειον* distribuisse. Casaubonus ad locum Athenaei laudatum pro *Χῖον* scribendum censet *Χίου*, quod figulina ex Chio insula Athenas asportare idem dicit esse, ac Noctuam Athenas. Schweighaeuserus etsi Casauboni argumenta refutare studet, tamen dubitat, an de vino vocem illam (*Χίου*) intelligi praestet. At Chia figulina quin magno sint habita pretio, non est quod dubitemus, quippe *Χῖαι κύλικες* non solum apud Athen. XI 480, e, sed etiam *Χῖον καὶ Θάσιον κέραμον* commemoratur a Strabone ed. Cas. p. 317., cui Strabonis loco simillimus est qui legitur apud Athen. XIII, 579, e: *καρῆν ἔχων δύο Χῖα Θάσια τέτταρα* de vasis ille quidem non de vino intelligendus. Quare comparatis iis, quae Corayus in addendis apud Schweigh. scribit de vasis fictilibus insularum maris aegaei mihi quidem compertum habetur, Ioni in patria sua vasorum fictilium fabricas fuisse, sicut Athenis Demostheni oratori gladiorum, Isocrati tibiarum fabricam fuisse, atque Cleonem fulloniam exercuisse constat.

CAPUT SECUNDUM.

IONIS INGENIUM MORESQUE DESCRIBUNTUR.

Quae de Ionis aetate vitaeque condicione vel discrte ab antiquis scriptoribus sunt memoriae prodita

vel comparando erui possunt, haec fere sunt, itaque jam ad scripta ejus illustranda aggrediamur, quorum quidem tantus commemoratur tamque varius numerus, ut alterius cujusquam vere antiquae illius aetatis scriptoris similitudinem vix reperias. Eam ob causam jam Callimachus ut πολυγραφωτάτου ejus fecit mentionem. cf. Suidas v. διθυραμβοδιδ. Sed ut fere fieri solet in iis, quorum permulta scripta feruntur, quaedam a veteribus adeo dubitatum est an ab aliis Joni supposita essent. Laudatur enim Jon διθυραμβοποιὸς, φιλόσοφος καὶ τραγῳδίας καὶ μελῶν ποιητής, commemorantur ejus tragoediae, epigrammata, paeanes, hymni, scolia, elegiae, praeterea libri historici variis titulis inscripti, et postremo libri philosophici. De reliquis suo loco explicatius disputabitur, cum ea omnia certum sit Ioni vindicare, de comoediis vero quaestionem jam nunc absolvere praestat. Nolo esse longus de antiquae tragoediae atque comoediae ratione disputans, quae scilicet, sicut omnia fere poesis genera certis limitibus apud veteres distinebantur, ita fuerunt diversae, ut ab eodem scriptore utraque tractata sit nunquam. Repetere enim taedet, quae alii hac de re disputarunt, quibus Socratis illud παράδοξον in Symposio Platonis pronuntiatum disputandi copiam fecit. Quaecunque contra hanc sententiam argumenta possunt proferri, tribuenda sunt indiligentiae grammaticorum, qui in distinguendis comoediis et hilarioribus satyricis dramatis parum diligentes accuratique solent esse. De hac re conferri operae pretium est Hermannum de dramat. comico satyric. in commentt. soc. Lips. tom. I. part. 2., eundemque ad Rhetoricam Aristotelis III, 12. De Ione quidem videri possit magna esse auctoritas Suidae, qui s. v. διθυραμβοδιδ. haec

habet: ἔγραψε (ὁ Ἴων) δὲ καὶ κωμῳδίαν καὶ ἐπιγράμματα καὶ σκόλια etc., eo quod utitur numero singulari, κωμῳδίαν enim in vett. editt. legitur, quam lectionem Küsterus mutavit in κωμῳδίας; sed cum Suidas sicut plurima ita haec quoque e schol. Aristoph. l. c. exscripserit, et apud eum legatur κωμῳδίας, non est quod ab Ione antiquam illam legem migratam esse statuamus. Eodem enim errore vel indiligentia scholiastes ille Agathonem κωμικὸν laudat. —

Qua de scriptis quaestione absoluta jam eo versamur loco, ut ingenium poetae illustrare quique tum in universum tum in singulis scriptorum generibus ejus fuerint mores explicare possimus. Cum vero omnium disciplinarum artiumque apud Graecos ea fuerit ratio, ut suae quaeque gentis, quae eam praecipue amplecteretur, proprium quendam traheret colorem, gentium singularum indolem atque mores ad pernoscendos intelligendosque scriptores maximi oportet esse momenti. Atque de Jone nostro eo magis hoc dictum volo, quia eum inprimis aptum esse existimo ionicae gentis quasi exemplar. —

Quod Plato philosophiae principium dicit esse τὸ θαυμάζειν, omnium equidem humanarum artium disciplinarumque principium esse, atque ea re cum universos Graecos tum inprimis Jones ceteris gentibus praestitisse existimaverim. In eo enim potissimum sita est felicissima illa animi humani a natura formata indoles, qua scilicet rerum, quae extra nos sunt, asspectu moti ad investigandas eas diligentius excitamur, neque barbarorum more stupemus. Cui animi ut ita dicam virtuti si quis inprimis tribuendum esse existimet, quod ab Ionibus omnium fere artium initia inventa et prius

quam a ceteris exculta fuerunt, me adsentientem maxime habebit. Hinc illa animi agilitas habilitasque, quae ad omnia sese applicat et in omnia inquirit, hinc laeta illa hilarisque vitae ratio gratiae omnisque venustatis plena, quibus omnibus Iones reliquos Graecos maxime Dorienses superabant. Verum id quod fieri solet, si qui rebus, quae extra nos sunt sitae, ita addicti atque adeo dediti sint, eadem illa causa fuit Ionum instabilis ingenii levitatisque; quippe non, mente e rebus externis revocata, quieta et assidua investigatione insistebant altiusque penetrabant, sed summa tantum delibabant vel in primis literarum liminibus haerebant. Ex hoc ionicae gentis ingenio, quod quidem in singulis persequi longius a re proposita abest, omnium disciplinarum apud Iones artiumque pendet ratio et natura. Haec denique causa fuit, cur Iones cum in epica poesi summum sint assecuti, in lyrica ultra elegiam, in conscribenda historia ultra logographiam quam vocant, et in philosophia ultra physicam doctrinam egressi non sint. Ea vero qua Ion vixit aetate, sicut omni fere flore suo ionicae civitates jam fuerunt perfunctae, ita haec quoque poesis et literarum initia maximam partem antiquata erant. Athenienses enim, quorum florens aetas tum summa tum postrema exstitit, non solum civitatis suae potentia maximam Graeciae partem parentem obnoxiamque sibi reddiderant, sed vel maxime iis, quae in artibus literisque novaverant et ad summam perduxerant virtutem et praestantiam omnes fere Graecos inprimis Iones ita devinxerant, ut sui ipsorum paene immemores universi in illos spectarent. Quo factum est, ut ex omnibus Graeciae civitatibus quicunque literarum studio tenebantur, Athenas con-

fluerent, et suae quisque gentis indole quantum fieri potuit, exuta, illorum vestigia sequerentur atque ita non parum ad depravandum integrum Atheniensium ingenium conferrent. cf. Cicero Brut. 74 de inquinata solum oratione haec monens. Quae quidem res haud scio an in nemine facilius atque magis animadverti possit, quam in Ione nostro, qui, cum eadem illa Atheniensium potentia ultra gentis suae limites abreptus, quaecunque id aetatis Athenis colebantur poesis genera aggressus sit, tam in universa vitae institutione quam in libris suis adeo tamen innatam ionicam naturam prae se fert, ut etiam ea, quae aliena expertus est, quasi colore ionico perfusa esse videantur.

Haec de universa ionica gente, praemittenda videbantur, quo facilius poeta noster qualis fuerit intelligeretur. Cujus ad depingendos mores ingeniumque ipsius utar verbis, quibus brevissimis naturam suam mirifice videtur expressisse precans a Baccho:

χαῖρε, δίδου δ' αἰῶνα καλῶν ἐπιήρανε ἔργων
πίνειν καὶ παίζειν καὶ τὰ δίκαια φρονεῖν.

Haec duo *τὸ πίνειν καὶ τὸ παίζειν* omnia carmina atque adeo scripta ejus resonant, hisque rebus animum ejus fuisse occupatum, inde vel nullis scriptorum testimoniis potuit intelligi. Neque vero testimonia desunt: Athen. lib. X, 436, f. *Βάτων δ' ὁ Σινωπεὺς ἐν τοῖς περὶ Ἴωνος τοῦ ποιητοῦ φιλοπότην φησὶ γενέσθαι καὶ ἐρωτικώτατον τὸν Ἴωνα. καὶ αὐτὸς δὲ ἐν τοῖς ἐλεγείοις ἐρᾶν μὲν ὁμολογεῖ Χρυσίλλης τῆς Κορινθίας, Τελέου δὲ θυγατρός.* — Aelian. var. hist. II, 41. *Καὶ Ἴωνα δὲ τὸν Χῖον τὸν ποιητὴν καὶ αὐτόν φασι περὶ τὸν οἶνον ἀκρατῶς ἔχειν.* Hanc igitur insignem hilaritatem omnia ejus

carmina, elegiaca certe spirasse exploratum habetur, sicut ipse vino et amori ultra quam aequum erat, deditus hilarem vereque ionicam vitam degebat. Neque argumentum eorum fuisse aliud verisimile nisi celebrationes conviviorum amorumque, ita ut duo potissimum elegiorum fuerint genera, alterum amatorium, alterum carminum convivalium, quorum altero ex genere convivalium duo ab Athenaeo servata eam quam proposui sententiam egregie confirmant. Amatoria vero quamquam nullum exstat fragmentum, dubitari non potest, quin eadem indole fuerint scripta, non tristia, neque gravia vel querula, sed hilaritatis plena, liberiora fortasse ac lasciva. In elegiis igitur Ionis virtutem non fuisse exiguam, cum ex eo possit conjici, quod hoc quasi proprium ionicae gentis genus poesis habetur, tum e carminibus superstitibus evincitur. —

Sed in hac simplici poesi ionica non acquievit noster, ad altiorem etiam aspiravit poesin lyricam, tum doricam quam vocant, tum atticam sive dithyrambum recentiorem, quod quidem genus poesis tunc temporis inprimis colebatur. Atque hujus dithyrambicae poesis illi ipsi gentium colluvioni, qua integram Atheniensium indolem depravatam esse modo dixi, originem deberi putaverim. Ita enim demum intelligitur, quemadmodum Attici, qui in reliquis mediam inter Dorienses et Iones indolem eamque perfectissimam obtinuerunt, in uno hoc genere quasi fines pulcri excesserint legesque migrarint. Atqui accuratius si velimus attendere, re vera eorum qui dithyrambi veteris corruptores feruntur, plurimos peregrinos Athenis degisse inveniemus; velut Philoxenus Cythereus, Cleomenes Rhegiensis, Timotheus Milesius, *Telestes* Selinuntinus: cf. Schol. ad Aristoph.

Nubes v. 332. Suidas v. κυκλιῶν χορῶν; quibus addi potest Licymnius Chius, cf. Athen. lib. XIII, 564. 603. aliique multi. Quid mirum, quod novatores istos peregrinos Athenienses antiqui velut Aristophanes omnibus ingenii telis impugnabant et a bonis artibus deterrere studebant? Itaque dithyrambica poesis illa recentior non vere attica sive ex integro Atheniensium ingenio profecta est putanda, sed quae inclinantibus jam literis artibusque Athenis ex illa morum depravatione nata sit ibique solum in urbe principe nasci potuerit. Dithyrambicorum igitur in scribendo pravi mores vel virtutes si quae fuerunt, cum ex comicorum lectione satis sint noti, operae pretium non est, de charactere Ionis, qui scilicet et ab Aristophane ejusque Scholiasta et a Suida in illorum numero habetur, ut sigillatim disputemus. Non enim est quod dubitemus, quin eadem quae in reliquis vituperantur vitia in Ione quoque fuerint: sicut illi igitur tumoris plenus et obscurus insolentissima quaeque sectabatur, et sublimis, ut dicit comicus cf. Pax 824 v., per aera semper vagabatur indeque aere nubibusque composita nebulosa carminum exordia sibi quaerebat.

In Avibus fabula apud Aristophanem v. 1383 Cinesias poetarum illorum celeberrimus hunc in modum facetissime ridetur simulque eorum ars perstringitur:

Κινησίας: ὑπὸ σοῦ πτερωθεὶς βούλομαι μετάρσιος
ἀναπτόμενος ἐκ τῶν νεφελῶν καινὰς λαβεῖν
ἀεροδονήτας καὶ νιφοβότας ἀναβολάς.
Πεισθέτ. ἐκ τῶν νεφελῶν γὰρ ἄν τις ἀναβολὰς λάβοι;
Κινησ. κρέμαται μὲν οὖν ἐντεῦθεν ἡμῶν ἡ τέχνη·
τῶν διθυράμβων γὰρ τὰ λαμπρὰ γίνεται
ἀέρια καὶ σκότιά γε καὶ κυαναυγέα
καὶ πτεροδόνητα. σὺ δὲ κλύων εἴσει τάχα.

non minus facetus est jocus, qui legitur in fabula Pace v. 825, ubi Trygaeus animae dithyrambicorum in aere quas se dicit vidisse quid agerent interrogatus respondet:

— ξυνελέγοντ' ἀναβολὰς ποτώμενοι
τὰς ἐνδιαεριαυερινηχέτους τινάς.

Quibuscum conferri possunt, quae Suidas v. διθυραμβοδιδ. et v. Ἴων habet et quae scholiastes notavit ad Aristophanis Nubes v. 595. —

His disputatis ad tragicam ejus indolem sive virtutem venimus describendam, quam quidem haud exiguam spernendamque fuisse, vel inde constat, quod ex tanta poetarum tragicorum multitudine, qui reciperetur in canonem, dignus est habitus. cf. Photii chrestomathia. — Montfaucon bibl. coisl. p. 597. Tzetzae prolegg. ad Schol. in Lycophr. p. 256. ed. Müller. — De virtute ejus in scribendis tragoediis praeclarum non poenitet apponere judicium Longini, praesertim cum inde appareat, id quod supra monui, ionicam ejus naturam in omnibus libris posse deprehendi. Is igitur in libro περὶ ὕψους sect 33. haec scripsit: τί δέ; ἐν μέλεσι μᾶλλον ἂν εἶναι Βακχυλίδης ἕλοιο ἢ Πίνδαρος; καὶ ἐν τραγῳδίᾳ Ἴων ὁ Χῖος ἢ νὴ Δία Σοφοκλῆς, ἐπειδὴ οἱ μὲν ἀδιάπτωτοι, καὶ ἐν τῷ γλαφυρῷ πάντη κεκαλλιγραφημένοι· ὁ δὲ Πίνδαρος καὶ ὁ Σοφοκλῆς ὅτε μὲν οἷον πάντα ἐπιφλέγουσι τῇ φορᾷ, σβέννυνται δ' ἀλόγως πολλάκις καὶ πίπτουσι ἀτυχέστατα. Ex his Longini verbis patet, utriusque et Bacchylidis et Ionis virtutem maxime positam fuisse in gratia quadam atque nitido elegantique in sermone, qui floribus quidem abundaret, a quo tamen abesset sanctitas illa et divinum ingenium Pindari et Sophoclis; non enim tam alte illi escende-

bant, ut cadere possent, sed dulcitate quadem et polita perspicuitate animos delectabant. Eodem pertinet, quod minus videtur aptus fuisse ad severa argumenta tractanda et ad graves excitandos affectus, quam ad satyrica dramata eum hilaris festivaque natura sua deduxit; in quibus quidem componendis majorem fuisse ejus virtutem cum fragmenta plurima ea quidem e fabulis sasyricis reliqua, tum verba videntur significare Plutarchi in vita Periclis cap. 5. Is enim „ἀλλ' Ἴωνα μὲν, inquit, ὥσπερ τραγικὴν διδασκαλίαν ἀξιοῦντα τὴν ἀρετὴν ἔχειν τι παντῶς σατυρικὸν μέρος ἐῶμεν. Quanquam ne in hoc quidem genere dramaticae poesis primum locum obtinuit, non enim solum Aeschylo sed etiam Achaeo inferior fuit, a quo eum ingenua et nativa festivitate et facetiarum copia longe victum esse vel fragmenta utriusque inter se comparata docent. cf. Diog. Laert. II, 133, quo loco a Menedemo primae in satyricis Aeschylo assignantur, Achaeo secundae. Ceterum neque in dialecto observanda neque in condendis versibus satis severus videtur fuisse; non enim solum usus est in dramatis formis epicis quod habet excusationem, sed quod nescio an apud neminem alium reperiatur, ne ionismis quidem plane abstinuit. Neque tamen severissimus idemque verissimus tragicorum judex Aristophanes in fabulis peccantem eum tam saepe notat quam in lyricis, nisi quod tumorem ridet loci e Phoenice fragm. 6., et nimis argutam et rhetoricam orationem loci ex Phruris fragm. 2. — cf. Bernhardy wiss. Syntax p. 14. —

Quae Ion scripsit sermone pedestri, aut historica sunt aut philosophica; in utroque genere ionicam suam naturam mirifice expressit. Ab Ionibus enim ut omnium fere literarum primordia, sic cas

bendae quoque historiae inventa est ars, quae tamen apud eos propter animi leviorem instabilemque naturam non potuit ad eam pervenire virtutem, quam in Thucydide admiramur sed intra logographiae quam vocant fines constitit. Licet Herodotus, qui Ionis fuit aequalis, primus in ea altiorem episodicam scilicet viam sit ingressus, noster tamen ad antiquam rationem videtur revertisse; logographorum enim more urbium primordia (κτίσεις), memorabilia (ὑπομνημονεύματα) aliosque ejusmodi libros conscripsit, eosque non arte critica absolutos, sed mythicis ineptiis refertos. Sed ut Ionicae levitatis erat in conscribendis rebus gestis non tantopere quid verum falsumve sit quaerere, sed quibus artibus homines audiendi cupidissimos delectare possis, spectare, ita Ionis quoque libri historici dialecto ionica scripti festivitate non minus quam simplicate et nativa gratia abundant. Quare cave ex eo quod Phrynichur Lob. p. 412 idem Pausanias VII, 48 Ἴων συγγραφέα τινά laudant, colligas, Ionem scriptorem historiae quam vocant criticae fuisse, quam quidem significationem vox συγγραφεὺς fere habet; sed iis, quos laudavi, locis nihil aliud nisi rerum memorabilium conscriptorem denotat.

Philosophica Ionis doctrina etsi non prorsus erat ignota, minus tamen quam debebat, observabatur. Verum eam non spernendam atque adeo proprio ac singulari, quod dicunt, systemate compositam fuisse testes gravissimi evincunt. Ut vero in reliquis ita in philosophia quoque ionica sua natura ductus in physicis maxime videtur esse versatus, ita quidem, ut pythagorica quoque disciplina, quae tum temporis per Graeciam divulgabatur, ad constituendam philosophicam ejus doctrinam aliquantum contulerit, totumque ejus systema, id

quod in poeta calidioris venae necesse erat, mysticum quendam traxerit colorem. Mirum sane debet videri, quod Ion in reliquis gentis suae praesentissimum quasi exemplar in philosophia prorsus contrariam, doricam Pythagorae doctrinam amplexus est; quae gentium adversarum confusio cognoscere qualem tulerit fructum, non inutile neque injuncundum foret studium, modo ne fragmenta tantum non omnia aetas nobis invidisset. Ceterum ex Pythagorico fonte nostrum libasse, et mysticae doctrinae fuisse deditum, cum fragmenta reliqua ostendant, tum epigramma in Pherecydem, Pythagorae qui fertur fuisse praeceptor, conscriptum, in quo Pythagorae sapientia magno studio celebratur. Ita modo de lunae materia eum disputare, modo numeri ternarii vim ac praestantiam praedicare et quasi orphicam insaniam promere videmus. Ceterum mirum quantum convenit hoc philosophiae studium cum consuetudine illa, quam cum Aeschylo habuit, quem et ipsum Pythagoricae doctrinae operam dedisse tradunt. Sed ne quis putet hos de philosophia libros scriptos fuisse dialecto dorica, quia philosophiam maxime doricam sequebatur Ion; non adeo naturam indolemque suam dissimulare atque deponere potuit; usus est dialecto, quod quidem intelligi possit, communi vel attica, passim insertis ionismis. —

Haec habui, quae de ingenio et moribus Ionis disputarem, ex quibus hoc certe manifestum esse debet, hominem eum fuisse ingeniosissimum atque adeo in literis graecis prorsus singularem. Ita jam veteres de eo judicasse, praeter reliqua quae jam laudata sunt vel infra laudabuntur testimonia, argumento sunt multi non ignobiles viri, qui aut legendo hoc scriptore mirifice

esse delectati aut in eum commentarios scripsisse traduntur. Sic enim de Arcesilao scribit Diog. Laert. IV, 31, et quae inde hausit Eudocia Villois. p. 70: ἤπτετο δὲ (ὁ Ἀρκεσίλαος) καὶ ποιητικῆς καὶ ἀπεδέχετο πάντων μᾶλλον Ὅμηρον, οὗ καὶ εἰς ὕπνον ἰὼν πάντως τι ἀνεγίνωσκεν· ἀλλὰ καὶ ὄρθρου, λέγων ἐπὶ τὸν ἐρώμενον ἀπιέναι, ὁπότ' ἂν βούλοιτο ἀναγνῶναι. τὸν δὲ Πίνδαρον ἔφασκε δεινὸν εἶναι φωνῆς ἐμπλῆσαι, καὶ ὀνομάτων καὶ ῥημάτων εὐπορίαν παρασχεῖν. Ἴωνα δὲ καὶ ἐχαρακτήριζε νέος ὤν. Ad quem locum Aldobrandini haec est nota: „Ionem descripsit, Platonis dialogum, in quo multus de Homero sermo.“ Sed poetam nostrum, non librum aliquem esse intelligendum nexus sententiarum satis evincit; enumerat enim, quos praeterea audierit vel quorum familiaritate usus sit Arcesilaus, et post Hippocratem demum geometram, Platonem philosophum ita laudat scriptor: ἐῴκει δὴ θαυμάζειν καὶ τὸν Πλάτωνα καὶ τὰ βιβλία ἐκέκτητο αὐτοῦ κ. τ. λ. —

Dramata Ionis interpretati sunt grammatici tres celeberrimi, Aristarchus cf. Athen. XIV, 634, c., Didymus, cf. Athen. l. l. et XI, 468, d., et Epigenes cf. Athen. XI, 468, c., cujus nomen in libris mssc. Ἐπιμένης legitur; hic quidem alioquin parum notus, nisi forte idem est, quem Epigenem Rhodium Varro de re rust. I, 1, 8 et Columella I, 1, 9 laudant inter philosophos de re rustica scriptores. Philosophicos Ionis libros τριαγμοὶ qui inscribuntur, commentati videntur esse Δημήτριος ὁ Σκήψιος et Ἀπολλωνίδης ὁ Νικαεύς cf. Harpocrat. v. Ἴων. De vita et moribus Ionis, de scriptis enim dubito, librum scripsit Baton Sinopensis, laudatur enim ἐν τοῖς περὶ Ἴωνος ab Athen. X, 437, f.; quem inter Strabonem et Aratum vixisse

constat, cf. Ionsius de scriptoribus histor. philos. II, 13, 4, et quos laudat, Strabo lib. XII, Plutarch. vita Arati.

CAPUT TERTIUM.

DRAMATA IONIS RECENSENTUR ET EXPLICANTUR.

Quamquam in canonem tragicum receptus copia tamen dramatum ab eo compositorum cum principibus illis tragoediae graecae comparari non potest; nec mirum, qui tam varia tractaverit, singulorum librorum numero superari. Sed ne de ipso quidem numero dramatum, quae scripsit, satis constat, secundum scholiast. Aristoph. Pax v. 835. Suidam v. Ἴων, Eudociam p. 248 alii duodecim tantum, alii triginta vel quadraginta ei tribuerunt, ex quibus undecim tituli adhuc exstant. Quae differentia sicut in multis aliis tragicis inde esse nata videtur, quod alii nonnisi tragoedias enumerarent, alii satyrica quoque dramata adderent; quare non absurdum fuerit statuere, duodecim Ionem scripsisse satyrica dramata, duodeviginti vero vel duodetriginta tragoedias. Neque utrum singulas tantum ediderit fabulas an tetralogias sive trilogias composuerit, diserte memoriae proditum est, sed vix dubitari potest, quin hac in re recentiores, Sophoclem dico, Euripidem aliosque sequi maluerit, quam imitari grandem illam Aeschyli compositionem, moribus suis parum convenientem. Aeque incertum, quot in certaminibus musicis victorias

reportaverit, nisi quod Schol. Aristoph. l. l. Athen. I, 3. Eustath. 1454, 24 et Suidas v. *Ἀθηναῖος* eum scribunt Athenis simul dithyrambo et tragoedia certantem vicisse, et quod ab Euripide, cum Hippolytum ederet et Iophonte, Sophoclis filio victum et *τὰ τριταῖα* tantum nactum esse scimus ex argumento Hippolyti Euripideae.

I. *Ἀγαμέμνων.*

Argumentum hujus tragoediae versatur in reditu ac caede Agamemnonis atque ita fere dispositum a poeta videtur fuisse: In prima fabulae parte oculis spectatorum proponitur Aegisthus cum uxore adultera superbo atque animo impotenti Argis imperans. Postquam vero de capta Troja allatus est nuntius, ne redeat poenasque severas sumat Agamemnon, metuens Clytemnestra mittit ad littus maris, qui de adventu Agamemnonis quam primum certiorem se faciat. Reliqua ex Aeschylo nota sunt.

1.

οἴσει δὲ δῶρον ἄξιον δραμήματος
ἔκπωμα δακτυλωτὸν ἄχραντον πυρί,
Πελίου μέγ' ἆθλον, Κάστορος δ' ἔργον ποδῶν.

Athen. XI, 468, c.

Verba videntur esse Clytemnestrae, cui scilicet Castoris illud *ἔκπωμα* heredi cesserat, ad nuntium illum, q uiAgamemnonis adventum explorare jubetur.

οἴσει secundam esse personam monet Toupius opusc. II, p. 86 contra Casaubonum et Dalecampium. — Rariorem formam *δράμημα* tuetur Lobeckius ad Phryn. p. 618. Sequentis versiculi, quem solum Eustathius p. 1300, 5 laudat, variae grammaticorum Epigenis Di-

dymique, explicationes recensentur ab Athenaeo XI, 468, c. 501, a. item ab Eustathio l. c. — forma *δακτυλωτός* nequaquam comparanda cum *ἄμφωτος* vel *ἄωτος*, sicut *ἀπύρωτος* a *πυρόω*, *εὐκύκλωτος* a *κυκλόω*, ut *ὀμφαλωτός* ab *ὀμφαλόω* ita quasi a *δακτυλόω* derivatur; est igitur cum Toupio opusc. II, 86 explicanda per *ἔκπωμα* non *τετορνωμένον* sed manibus fabricatum ut digitorum vestigia in eo sint expressa. — *ἄχραντον πυρί* recte grammatici viderunt esse Homericum *ἄπυρον* vel *ἀπύρωτον* Il. *ψ*. 267, 270, 885, quorum alterum *ἄπυρον* vas significat, quod aut igni admoveri non solet aut igne laesum non est, alterum, quod nullo ignis usu fabricatum est, sive *ψυχρήλατον*. cf. Athen. XI, 501, b. Quare aptius est hoc loco intelligere *ἔκπωμα ἀπύρωτον*. — *Πελίου μέγ' ἆθλον* quod scilicet olim certaminibus in honorem Peliae institutis Castor cursus praemium reportaverat. cf. Athen. XI, 468, d. — *ἔργον ποδῶν* cf. Hom. Odyss. X, 98 *ἔργα βοῶν* sive Virgilianum „boumque labores." poculum dicit pedum laborem, quippe quod pedum labore sive virtute assecutus esset Castor.

2.

κακῶν ἀπέστω θάνατος ὡς ἴδῃ κακά.

Stob. florileg. *ἔπαινος θανάτου*. tit. 120. p. 602, 16.

Eleganter haec expressit Grotius:

absit malis mors ut sua adspiciat mala.

His verbis imprecari videtur aliquis Aegistho vel Clytemnestrae, ne morte immatura vitae aerumnas effugiat. — Ceterum inter poetas, ex quibus Joannes Stobaeus excerpserit fragmenta Ionem recenset Photius bibl. c. 167 p. 373. Sed hoc unum tantum ex libris Ionis fragmentum servavit Stobaeus.

3.

„ἱππικον χλίδος“

ἀντὶ τοῦ χλίδημα, φόρημα. Ἴων Ἀγαμέμνονι. Hesych. s. v. et Phavorin. s. v. p. 949, 52 edit. Bas.

4.

„πεδανῷ ὕπνῳ“

ἠπεδανῷ, κούφῳ. Ἴων Ἀγαμ. Hesych. et Phavorin. s. v. cf. Bentl. ad Mill. p. 54.

5.

τὰς γὰρ τῶν ἱερῶν στέγας πτερὰ καὶ ἀετοὺς καλοῦσιν, ὥς φησιν Ἴων ἐν Ἀγαμέμνονι. Schol. Aristoph. Ran. 1110. Phavor. v. πτερά. cf. Suidas v. ἀετώματα et Harpocr. v. ἀετός.

II. Ἀλκμήνη.

Alcmenae fabula in vulgus nota est. cf. Apollodor. Alcmenam praeter nostrum scripsit Euripides. cf. Valckenar. diatrib. De oeconomia quae vocatur ex fragmentis paucissimis nihil divinari potest; ceterum tragoediam fuisse verisimile est.

1.

„καταφράκταις ψυχαῖς“

ταῖς ἐπισκοτισμέναις καὶ μὴ τὸ μέλλον εἰδυίαις. Ἴων Ἀλκμήνῃ. Hesych. v. κατάφρ.

2.

„αὐτάγητοι“

ἀγάμενοι ἑαυτὰς καὶ θαυμαστικῶς ἔχουσαι ἑαυτῶν. Ἴων Ἀλκμήνῃ. Hesych. v. αὐτάγ.; male etiam αὐτάγετοι scribitur, cf. Suidas v.

3.

ἐν δὲ τῇ Ἴωνος Ἀλκμήνῃ ὁ εἰς τὴν τῆς τροφῆς παρασκευὴν θυλακίσκος ὠνόμασται. Pollux X, 23; ubi legitur *ὁ εἰς τὴν τῆς τρ. παρασκευὴν ἣν θυλακίσκη ὠνόμ.* correxit e cod. Bentl. p. 54.

III. *Ἀργεῖοι.*

Ἀργείων fabulam praeter Ionem apud Graecos scripsit Aeschylus, cujus tamen pauca tantum exstant fragmenta, ita ut de argumento dubitetur. Boeckhius enim in libro, quem inscripsit Graecae tragoediae principes c. 3 et 10. sententiam proposuit hanc, argumentum *τῶν Ἀργείων* Aeschyli non diversum esse ab eo, quod Sophocles tractaverit in fabula *Ἀχαίων συλλόγῳ*, et utramque fabulam fuisse satyricam. Contra hanc sententiam disputavit Welckerus in libro: Aeschylische Trilogie p. 372 et 377, Aeschyli hanc fabulam trilogiae *τῶν Ἐπιγόνων* fuisse contendens. Quodcunque Aeschyleae fabulae argumentum fuit, fragmentum unum, quod ex Ionis fabula laudatur, non possum, quin ex dramate satyrico potius quam e tragoedia sumptum esse putem; quamquam de hac re lubricum est judicare ex uno tantum fragmento eoque corrupto.

1.

Ἴων Ἀργείοις „ὡς παλαιὸν ἀκίσσαρον." θέλει δὲ λέγειν ὅτι ἄχρηστοί εἰσι διὰ τὸ γῆρας. Hesych. v. *σάρον.* Hic locus Bentleji acumen fugit; Spanhemius ad Callimachum 225, p. 455. tentabat: *ἄγε* vel *ἄγες* pro *ἄκις*; Hemsterhusius ad Lucian. p. 145. *ἄγεις.* ingeniosissime Toupius opusc. II, 68:

ὡς παλαιὸν οἰκίας σάρον.

cf. Eurip. Medea 48: παλαιὸν οἴκων κτῆμα. De vocis σάρος usu antiquiore cf. Lobeck ad Phryn. p. 83; grammatici ea uti vetant cf. Phavor. 1091, 28. 1636, 58.

IV. Εὐρύτιδαι.

Eurytus Oechaliae rex certamine instituto filiam Jolam ei, qui se vel filios suos vicisset pollicitus, cum datam fidem solvere recusaret Herculi victori, ipse cum filiis ab eo occiditur, Jola vi abducitur. Recte ex hoc argumento tragoediam fuisse fabulam conjeceris. Sed Eurytidarum fabula varie narratur a scriptoribus. cf. Apollod. bibl. II, 6, 1, 2 ibique Heyne; Hyginus fab. 31 et 35; schol. ad Iliad. ε. 392. Homerus Eurytum domi suae obiisse scribit Odyss. φ, 32, ibique schol. Item de filiis non convenit inter scriptores. cf. schol. ad Sophoclis Trach. v. 269. Plerumque duo tantum filii laudantur Clytius et Iphitus, cf. Hygin. l. l., vel solus Iphitus, cf. schol. Iliad. l. l. Hesiodus apud schol. ad Sophocl. Trach. l. l. quattuor adeo nominat, Clytium, Deionem, Toxaeum, et Iphitum; loco Deionis alii Molionem habent, cf. Hermann. ad Trach. l. l.; alii etiam tres fuisse voluerunt Euryti filios, cf. schol. Trach. l. l. Horum igitur Eurytidarum caedes fuisse argumentum tragoediae videtur.

1.

ἐκ ζαθέων πιθακνῶν ἀφύσσοντες ὄλπαις
οἶνον ὑπερφίαλον κελαρύζετε.

Athen. XI, 495, b. Ἴων ὁ Χῖος ἐν Εὐρυτίδαις.

Haec ex choro sumpta esse quisque videt; prior est versus logaoedicus, cui apposita est in fine dipodia trochaica; alter dactylicus est tetrameter acatal.

⏑́ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑́ ⏑ — —
—́ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑

Praeterea duo videntur esse monenda, primum quod epico sive Homerico verbo usus est *κελαρύζειν* *); deinde quod ea, quam supra describere conatus sum, Ionis indoles vel ex hisce duobus, a choro qui pronuntiantur, versibus quodammodo apparet, in nullo enim neque Aeschyli neque Sophoclis, neque etiam Euripidis choro talem locum deprehendi censeo.

2.

Hesychius v. *ἰήϊος*. — *ἀλλὰ καὶ θρῆνον σημαίνει ὡς Σοφοκλῆς Τρωΐλῳ καὶ Ἴων Εὐρυτίδαις, ὡς αἴλινον, ἰάλεμος. Εὐρυτίδαις* correxit Bentl. p. 60; in libris enim legitur *Ἐρυτίδαις*. — de voce *ἰήϊος* cf. Sophocl. Oedip. Tyrann. v. 174. et Eustath. 500, 43. 1020, 23.

3.

Hesych. v. *ἀθίκτορας, ἀνεπάφους παρθένους, ἀνάνδρους, οἷον Εὐρύτιδες*; quem locum Bentl. p. 60. ita correxit: *ἀθίκτους κόρας, ἀνεπάφους παρθένους. Ἴων Εὐρυτίδαις.* Eadem omisso scriptoris nomine leguntur apud Etymol. M. et Phavorin. v. *ἄθικτος*.

4.

Hesych. v. *κυδρός, ἔνδοξος, καὶ τὰ ὅμοια, γαυριῶν πεποιθῶν... Εὐρύτιδες*. Bentl. p. 94 corrigit: —— *πεποιθώς. Ἴων Εὐρυτίδαις.*

V. *Λαέρτης.*

De argumento hujus fabulae nescio quid statuam, nisi forte in ea descripta fuit postrema Laertis aetas, quam secundum Homerum moerens in agro degit. For-

*) *κελαρύζεν* in Aristoph. Ran. 695 praebet codex Ravennas item Borg. pro vulgato *κελαδεῖ*, adversatur vero metro.

sitan satyricum drama fuerit, praesertim cum Ulyssis in personam multum luserint poetae comici; Laertem enim fabulam non memini, num quisquam scripserit. Quodsi cui haec sententia praeplaceat, Laertis nuptias et Anticleae a Sisypho gravidae fuisse argumentum statuendum erit, qua de re cf. Tzetzes ad Lycophr. 344.

1.

Ἴων δ' ὁ Χῖος ἐν Λαέρτῃ τὸν οἰκέτην ἐπὶ δούλου τέθεικεν εἰπών·

οἴμοι δόμον οἰκέτα κλεῖσον ὑπόπτερος, μήτις ἔλθῃ βροτῶν.

Athen. VI, 267, d.

versus hic ex duobus glyconeis constat, adjunctis duobus creticis, estque ad exprimendum animi commoti affectum aptissimus; quo magis mirandum, quod verbis ita transpositis

οἴμοι
δόμον οἰκέτα κλεῖσον ὑπόπτερος μήτις βροτῶν
ἔλθῃ.

probum senarium evadere persuadere sibi potuerit Schweigh. ad Ath. l. l.

VI. *Μέγα δρᾶμα.*

Hoc *μέγα δρᾶμα* quale fuerit, non assequor. Inscriptio insolemnis atque adeo est singularis, etiamsi de tetralogia cogitaveris. Equidem, ut dicam quod sentio, lyricum potius sive dithyrambicum carmen, quam justum drama fuisse putaverim; potest etiam ex utroque genere mixtum fuisse carmen, qualem Timothei Cyclopem fuisse scimus, qualemque Chaeremonis Centaurum quoque fuisse suspicatur Hermannus ad Aristot. Poet. I, 12.

1.

Pollux X, 45. καὶ νάρθηκα δ' ἂν εἴποις, Πλάτωνος μὲν ναρθηκοφόρους ὀνομάσαντος, Ἴωνος δὲ ἐν τῷ μεγάλῳ δράματι εἰπόντος ψαφαρὸν νάρθηκα.

2.

Hesych. v. ὀνοταζομένη, πορθουμένη. Ἴων μεγάλῳ δράματι. κυρίως δὲ ἐπὶ τοῦ ἐκφαυλίζεσθαι. Photius et Phavor. v. ὀνοταζομένη, ἐκφαυλιζομένη. Ἴων μεγάλῳ δράματι.

3.

Hesych. v. μελάγχετον, μεγάλῳ δράματι, ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων οἷον ἀκμάζουσαν. Bentl. corrigit p. 54 ad Mill. μελαγχαίταν, Ἴων μεγάλ. δραμ. quippe ὁ Ἴων facile omitti potuit propter sequens οἷον, quod iisdem literis scribebatur. — cf. Hesiod. Scut. 186.

VII. Ὀμφάλη.

Fabula fuit satyrica, id quod tum ex fragmentis argumentique ipsius natura tum e Strabone constat. Argumentum fere hoc est: Omphala Jardani Lydorum regis filia, Tmolo conjuge mortuo, ipsa regnum capessit. cf. Eudocia v. Ὀμφάλη. Apollod. bibl. II, 6, 3. Huic reginae Hercules propter filios suos ab ipso interfectos in servitutem traditur, a Mercurio ad eam deductus. cf. Hygin. fab. 32. Apollod. bibl. II, 6, 1. Inde sumptum est argumentum dramatis nostri, in quo praeter Ionem alii multi et comici et tragici versati sunt. Cratini enim junioris et Antiphanis Omphala laudatur comoedia, ab Athen. III, 112, c; 123, b; 125, a. XV, 669, a; nota item est Achaei fabula satyrica.

Omphalae nomine vitam significari luxuriosam diffluentemque docet schol. Iliad. π, 702. Eustath. 1082, 29. Neque diversa ab his moribus in hac fabula fuit, atque ita etiam Hercules proponebatur corpore quidem ingenti sed animo pusillo; mansuetissimus enim et ignavissimus serviebat isti mulierculae, ita ut vel extrema pateretur, modo ventri, cui totus erat deditus, indulgere posset; de quo apud Cratinum legitur

πίνειν μένοντα τὸν καλῶς εὐδαίμονα
κρεῖττον· μάχαι δ᾽ ἄλλοισι καὶ πόνοι μέλοι.

cf. Athen. l. l. Haud mediocriter vero spectatores delectabat iste Hercules voracitate sua majore ἢ κατ᾽ ἄνθρωπον, quam poetae qualem descripserint, argumento est fragmentum Epicharmi, item Pindari cf. Athen. X, 411 et 412. Reliquam fabulae rationem illustrat locus Luciani de conscrib. histor. II, 10, p. 15. *ἑωρακέναι γάρ πού σε εἰκὸς γεγραμμένον* (τὸν Ἡρακλέα scilicet) *τῇ Ὀμφάλῃ δουλεύοντα, πάνυ ἀλλόκοτον σκευὴν ἐσκευασμένον, ἐκείνην μὲν τὸν λέοντα αὐτοῦ περιβεβλημένον καὶ τὸ ξύλον ἐν τῇ χειρὶ ἔχουσαν ὡς Ἡρακλέα δῆθεν οὖσαν, αὐτὸν δὲ ἐν κροκωτῷ καὶ πορφυρίδι ἔρια ξαίνοντα καὶ παιόμενον ὑπὸ τῆς Ὀμφάλης τῷ σανδάλῳ. καὶ τὸ θέαμα αἴσχιστον ἀφεστῶσα ἡ ἐσθὴς τοῦ σώματος καὶ μὴ προσιζάνουσαν καὶ τοῦ θεοῦ τὸ ἀνδρῶδες ἀσχημόνως καταθηλυνόμενον.* cf. deorum dialog. XI, m, et XII, m. Terent. Eunuch. V, 8, 3. — Plutarchus an seni respubl. sit gerenda cap. 4, tom. XII, p. 106 ed. Hutt. *ἢ καθάπερ ἔνιοι τὸν Ἡρακλέα παίζοντες οὐκ εὖ γράφουσιν ἐν Ὀμφάλης κροκωτοφόρον ἐνδιδόντα Λυδαῖς θεραπαινίσι ῥιπίζειν καὶ παραπλέκειν ἑαυτόν.* cf. idem vita Thesei c. 9. — Lactant. lib. I, c. 9, 7. „Nam illud quidem

nemo negabit, Herculem non tantum Eurystheo servisse regi, quod aliquatenus honestum videri potest, sed etiam impudicae mulieri Omphalae, quae illum vestibus suis indutum sedere ad pedes suos jubebat pensa facientem.“ Gravius etiam indignatur hanc servitutem Tertull. de pallio IV, p. 116 ed. Rigalti. — Quae quidem licet maxime ad comicorum descriptionem videantur pertinere, non prorsus ab hac diversam fuisse eam, quam tragici Achaeus et Ion secuti sint, rationem, equidem persuasum habeo; insatiabilem certe bibendi edendique ejus libidinem ab iis spectatorum oculis esse propositam, fragmenta ipsa docent. —

1.

ἐνιαυσίαν γάρ δεῖ με τὴν ἑορτὴν λέγειν
(οἷον καθημερινήν.) Athen. VI, 258, f.

Ita haec leguntur in libris mssc., quae Dalecampius pro *οἷον* reponens *ἡμῖν* sic vertit: Annuum festum dicere oportet nobis esse quotidianum, nos quotidie tam splendide epulamur, ac si dies festus esset quotannis recurrens.“ Quam ingeniosam explicationem probarem, ordo verborum si esset alius. Bentlejus ad Mill. p. 56. *οἷον καθημερινήν* tacitus omisit et *λέγειν* in *ἄγειν* mutavit; utrumque recte quidem fecit, nam illud *οἷον καθημερινήν* nemo non videt a librario esse adscriptum ad explicandam vocem *ἐνιαυσίαν*, quae hoc loco significat *per totum annum durans* sive *quotidianum* cf. Eurip. Phoen. v. 554. ed. Pors. *ἐνιαύσιον κύκλον*, quo additamento in textum recepto etiam *ἄγειν* in *λέγειν* mutandum fuit. — Ceterum notandus est ionismus vocis *ἑορτή*, quae utrum *δισυλλάβως* pronuntiata solum an etiam scripta fuerit *ὀρτή*, dubitari possit. Eustath.

1908, 56. δῆλον δὲ καὶ ὅτι τὴν ἑορτὴν ὀρτὴν (sc. ὁρτὴν) δισσυλλάβως οἱ μεταγενέστεροι ἔλεγον. Sed etiam scriptum fuisse ὁρτήν docet Gregor. Corinth. § 48. p. 447 edit. Lips. et passim.

2.

Ἴων ἐν Ὀμφάλῃ ἐμφανίσας αὐτοῦ (τοῦ Ἡρακλέους) τὴν ἀδηφαγίαν ἐπιφέρει·

⏓ — ⏑ — ⏓ ὑπὸ δὲ τῆς εὐφημίας
κατέπινε καὶ τὰ κᾶλα καὶ τοὺς ἄνθρακας.

Athen. X, 411, b.

Eustath. p. 870, 12. τῷ παμφάγῳ Ἡρακλεῖ, ὅς καὶ τᾶ κᾶλα καὶ τοὺς ἄνθρακας κατέπινε, καθά τις ἕτερος ἔσκωψεν. — κᾶλον est ξύλον secundum Suidam. Nescio tamen an parum cogitate rejecta sit altera librorum lectio κῶλα, id est ὀστᾶ. cf. Suidas v. Quis enim lignis hic locus, ubi de carne supra carbones assata est sermo? Sic etiam in fragmento Pindari, 150 p. 639 edit. Boeckh., quem ab Ione esse expressum scribit Athenaeus l. c. „ἀνθρακιά et ὀστεῶν στεναγμὸς βαρύς, non vero ligna commemorantur. Forsitan tamen haec sibi augenda putaverit noster. κατεσθίειν καὶ τοὺς ἄνθρακας dixit etiam Euphron apud Athen. IX, 377, e. καταπίνειν sensu proprio Plutarch. vit. Bruti 53 cap. — Pro εὐφημίας Bentlejus p. 56. posuit βουλιμίας. Toupius opusc. II, 88 vulgatum defendit, plausum is quidem et favorem Omphalae intelligens, cujus gratiam ut iniret, Heracles patrimonium suum abligurierit. Hic tamen fabulae parum videtur meminisse, cum haec scribebat, in qua nihil de abligurienda patrimonio lectum fuit. Recte igitur Schweighaeuserus applausum, et favorem circumstantium vult intelligi quo delectatus Hercules se ipse superare studeret. de voce εὐφημία cf.

Plutarchus vita Bruti c. 24. — Wyttenbach. ad Plat. Phaedon. p. 332.

3.

ἐξανθρακώσας πυθμέν' εὔκηλον δρυός.

Photius lexic. v. εὔκηλον, εὔκαυστον, εὔσχιστον.

Haec ni fallor antecesserunt fragm. 2., intelligitur enim Hercules totam bovem, sicut est apud Pindarum l. c., supra carbones assare parans. — Ceterum hic versus apud Etymol. Magn. exstat omisso auctoris nomine; respicit eum Hesychius quoque apud quem mendose: εὔκληρον δρυός, εὔσχιστον, εὔξυλον, εὔκαυστον.

4.

⏓ ⏗ ⏑ — ⏓ ⏗ ⏑ οἶνος οὐκ ἔνι
ἐν τῷ σκύφει.

Athen. XI, 498, e. Eustath. 1775, 19.

verba Herculis sitientis scyphumque scrutantis, vel Omphalae, sicut sequentis fragmenti.

5.

ἴτ' ἐκφορεῖτε, παρθένοι, κύπελλα καὶ
μεσομφάλους.

Athen. XI, 501, f. Eustath. 1261, 23. cf. Hesych. et Phavor. v. μεσόμφαλος.

His verbis ancillae Omphalae reginae jubentur foras efferre, quae ad excipiendum laete Heraclem et ad festum diem celebrandum pertinent. cf. fr. 6 et 7.

6.

λυδός τε μάγαδις αὐλὸς ἡγείσθω βοῆς.

Athen. XIV, 634, c.

Eadem corruptissima leguntur apud Hesychium v. μάγαδις, et apud Phavorin. v. μαγάδεις, hunc in modum: οἷον ὀμφάλων. ἢ μαγάδης αὐλὸς ἢ γηθηβοῆς. Haec quoque ad festum diem praeparandum referuntur, de

quo in prioribus verba fiebant. — Ab Athenaeo l. c. variae grammaticorum recensentur sententiae de instrumento illo, quod μάγαδις vocatur, quodque plerumque ὄργανον ψαλτικόν habetur. Hanc ob difficultatem fuisse qui post αὐλός voluerint inserere τ' ex Athenaeo videmus. Sed recte voces illas conjunctas explicari per αὐλὸς κιθαριστήριος sive αὐλὸς συνάδων τῇ μαγάδει facile intelligitur. De magade praeter Athenaeum IV, 182, e, et Eustathium 1157, 12 dignus est qui conferatur Boeckhius de metr. Pindari III, c. 11, p. 261., qui de hoc disputans instrumento ne nostrum quidem locum praetermisit.

7.

ἀλλ' εἶα Λυδαὶ ψάλτριαι παλαιθετῶν
ὕμνων ἀοιδοὶ τὸν ξένον κοσμήσατε.

Iterum verba Omphalae cantus in honorem Herculis jam flagitantis. Vox παλαιθετός confirmari uno tantum potest exemplo ex Suida petito, v. κᾶλα. κᾶλα παλαίθετα, ξηρὰ ξύλα, ἐκ πολλοῦ ἀποτεθέντα χρόνου; nisi quod peccatum est in accentum. Sunt igitur ὕμνοι παλαιθετοὶ πάλαι νενομισμένοι, qui antiquitus cani apud Lydos soliti fuerant. Schweigh. quod voluit ἀοιδῇ scribere, nemini facile persuadebit esse aptius, ἀοιδοί de feminis dixit Sophocles Oedip. tyr. v. 35; 125; 399. Hesiod. ἔργα κ. ἡμ. I, 206. Quodsi quem offendat usus verbi κοσμεῖν carentis dativo rei, vel apud Aristophanem satis frequentia ejus exempla reperiet, cf. Ran. 1059. Equit. 565.

8.

‒́ ⏑ ‒ ⏑̄ βακκάρεις δὲ καὶ μύρα
καὶ Σαρδιανὸν κόσμον εἰδέναι χροὸς
ἄμεινον ἢ τὸν Πέλοπος ἐν νήσῳ τρόπον.

Ridet Omphala Herculis patriae mores rudes atque asperos, quibus depositis Lydorum luxuriae ut totum se tradat hortatur. — Librorum lectionem *βάκκαρις* Canterus mutavit in *βάκκαριν*, quod recepit Schweigh., hic quidem de forma *βακκάρεις* dubitans. Sed cum utriusque formae *βακκάριδος* et *βακκάρεως* apud Athenaeum exstent exempla, atque ipsa accusativi pluralis forma *βακκάρεις* in fragmento Aeschyli l. l. reperiatur, levior haec mutatio videtur esse praeferenda.

9.

καὶ τὴν μέλαιναν στίμμιν ὀμματογράφον.

Pollux V, 16. Eustath. 1761, 32. Grammat. in Anecd. Bekkeri p. 1208.

Hoc quoque esse *τοῦ Σαρδιανοῦ κόσμου* non opus est ut moneam.

10.

Ἴων δὲ περὶ τῆς Εὐβοίας ἐν Ὀμφάλῃ σατυρεῖς·

Εὐβοΐδα μὲν γῆν λεπτὸς Εὐρίπου κλύδων
Βοιωτίας ἐχώρισ' ἀκτῆς ἐκτεμὼν
πρὸς Κρῆτα πορθμόν. ⏑ — ⏑ ⏑

Strabo Lib. I, 3, 60.

quae Bentlejus p. 57. ita correxit: — *Ὀμφάλῃ Σατυροῖς.*

— — — —
— — — — *ἀκτὴν ἐκτεμὼν*
προσβλῆτα πορθμῷ.

Sed ex his praeter vocem *Σατυροῖς* solum *προσβλῆτα* recte restitutum esse arbitror. Quod enim Bentlejus Homericum illud comparat: *ἀκτῇ ἐπὶ προβλῆτι*, item quod est apud Pompon. Melam: „Sicilia aliquando continens et agro Bruttio adnexa, post freto maris Siculi abscissa.“ sicut alterum dici posse probat, alterum *non posse non* evincit. Sed ne longus sim, Bent-

leji correctio illa admitti omnino nequit: quaero enim, quomodo eam littoris partem, quam fretum illud exsecuit inter Euboeam insulam et Boeotiam, freto objectam dicere poeta potuerit (*ἀκτὴν προβλῆτα πορθμῷ*). Imo hoc dicit poeta: Euripus Euboeam a littore Boeotiae abscidit, sese inter utramque terram quasi insinuans atque ita fretum illud objectum, terrae scilicet Boeotiae, exedens sive exsecans. Ita locum Strabonis legisse etiam Eudociam patet ex his ejus verbis apud Villois. anecdot. II, p. 342. *ὁ δὲ γεωγράφος φησὶν ὅτι πιστεύεται τὴν Λέσβον ἀπερρωγέναι τῆς Ἴδης, ὡς καὶ τὴν Σικελίαν τῆς Ῥηγίνης καὶ τὴν Ὄσσαν τοῦ Μακεδονικοῦ Ὀλύμπου, ὡς μέσον ἔκτοτε διέρρευσεν ὁ Πηνειός. καὶ τὴν Εὐβοΐδα δὲ γῆν λεπτὸς Εὐρίπου κλύδων Βοιωτίας ἀκτῆς ἐχώρισε, καθά τίς φησι ποιητής.* Quare locum sic legamus:

Εὐβοΐδα μὲν γῆν λεπτὸς Εὐρίπου κλύδων
Βοιωτίας ἐχώρισ' ἀκτῆς, ἐκτεμὼν
προβλῆτα πορθμόν.

11.

⏑̄ ⏑́ ⏑ — ⏑̄́ *πῖθι Πακτωλοῦ ῥοάς.*

Etymol. Magn. v. *πῖθι, ἀντὶ τοῦ πίε.*

Haec quoque ad Herculem dicta fuerint in iis, quibus eum hortantur mulieres, ut patriae oblitus in Lydia Pactolum bibat.

12.

σπῖλον Παρνασίαν.

Hesych. v. *σπῖλον.*

οὐκ εὖ, inquit grammaticus, *σπίλαδες γὰρ πέτραι*, de qua grammatici adnotatione conferri potest Lobeck. *ad Phryn. p. 28.*

13.

ἐρρωπίζομεν.

Hesych. et Phavorin. v. *ῥωπίζειν.* de voce *ῥωπίζειν* cf. Bentl. ad Mill. p. 55.

14.

Ἴων ἐν Ὀμφάλῃ τοὺς βαρβάρους χελιδόνας ἀρσενικῶς φησιν, ὡς Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ πρώτῳ τῆς καθόλου φησίν.

Schol. Aristoph. ad Aves v. 1679.
(1686 edit. Inv.)

15.

Θίασός ἐστι τὸ ἀθροιζόμενον πλῆθος ἐπὶ τελετῇ καὶ τιμῇ θεῶν. Ἴων δὲ ἐν Ὀμφάλῃ κοινῶς ἐπὶ παντὸς ἀθροίσματος ἔταξε τοὔνομα.

Harpocrat. Suidas. Photius. Zonaras v. *θίασος.*

16.

Ex hac Omphalae fabula haud dubie sumptum fuit, quod Tzetzes scribit Chiliadd. libro III, histor. 115 v. 957.

ὡς καὶ τὸν Ἡρακλέα δὲ ὁ Χῖος Ἴων λέγει
ἔχειν ὀδόντων τρίστοιχον θέσιν ἀρραγεστάτην.

item Pollux II, 4. *κατὰ δὲ τὴν Ἴωνος τοῦ Χίου δόξαν ὁ Ἡρακλῆς τριστοίχους εἶχεν τοὺς ὀδόντας.*

Quomodo enim talibus in hac fabula locus possit fuisse, in qua egregia voracitatis edebantur exempla, non est quod pluribus explicem. cf. fragm. 2. 3. 4. 5.

VIII. *a. Φοῖνιξ ἢ Καινεύς.*

Duplex hujus fabulae exstat inscriptio, aut enim *Φοῖνιξ ἢ Καινεύς* sive *Φοῖνιξ* simpliciter, aut *Φοῖνιξ*

δεύτερος laudatur, quarum inscriptionum altera quidem admodum est insollemnis, quia nusquam, quod meminerim, poeta duorum heroum nomine inscripsit fabulam; altera vero *Φοίνικα* fabulam, cum parum placuisset, denuo retractatam esse arguit. Oboritur hoc loco quaestio sane difficillima, de fabulae scilicet argumento; quid enim Phoenici cum Caeneo? quorum ne aetas quidem congruit. Jam prorsus desperandum mihi esse putabam de solvenda hac difficultate, nihil enim reperiebam de Caeneo, quod ad Phoenicem posset pertinere. Ita enim de ipso scribit schol. Apoll. Argonaut. I, 59. *μυθολογοῦσι δὲ τὸν Καινέα πρότερον γεγονότα γυναῖκα μεταβληθῆναι ὕστερον εἰς ἄνδρα Ποσειδῶνος αὐτῇ πλησιάσαντος. τοῦτο γὰρ ᾔτησε καὶ ἀτρωσίαν. ἤρισε δὲ καὶ Ἀπόλλωνι καὶ ἐνικήθη. ἐκέλευε δὲ τοὺς ὑπ' αὐτὸν ὀμνύναι εἰς τὸ δόρυ αὐτοῦ, ὅθεν ἡ παροιμία· Καινέως δόρυ. κ. τ. λ.* cf. Schol. ad Iliad. *α*, 264 edit. Bekk. *Καινεὺς Ἐλατοῦ μὲν παῖς, Λαπιθῶν δὲ βασιλεὺς πρότερον ἦν παρθένος εὐπρεπής· μιγέντος δὲ αὐτῇ Ποσειδῶνος αἰτησαμένη μεταβαλεῖν εἰς ἄνδρα ἡ νεανὶς ἄτρωτος γίνεται, γενναιότατος τῶν καθ' αὐτὸν ὑπάρξας. καί ποτε πήξας ἀκόντιον ἐν τῷ μεσαιτάτῳ τῆς ἀγορᾶς θεὸν τοῦτο προσέταξεν ἀριθμεῖν.* Quam ob superbiam in bello Lapitharum adversus Centauros captus et sudibus terrae infixus est. cf. Lucian. de saltat. § 57, p. 299 edit. Reiz., et quae uberius rem narrat, Eudocia apud Villois. I, p. 349. Praeterea et affuisse fertur in venatione apri Calydonii, cf. Hygin. fab. 173. Ovid. Metam. VIII, 306; etiam inter argonautus recensetur, cf. schol. Apollon. l. c. — Phoenicis historia satis nota, nisi quod a tragicis valde variatam eam esse scribit schol. Iliad. *ι*, 448. cf. Valcen. diatrib. Euripid. cap. 24, p. 262. Equidem de dramate satyrico

jam cogitabam, quia utriusque tum Phoenicis tum inprimis Caenei fabulam a tragoedia alienissimam esse putabam, quippe cum Caeneus comoedia laudetur Antiphanis, cf. Athen. X, 433, c, et Ararotis, cf. Pollux VII, 65; Phoenix vero praeter tragoediam Sophoclis, comoedia Eubuli et Stratonis, cf. Athen. IX, 397, a. Eudocia p. 385. Sed consideratis denuo fragmentis, quae nihil satyrici ingenii prodebant, recordatus verborum schol. Il. ι, 448, hanc unam habui rationem, qua Phoenicis et Caenei fabula conjungi posset. Sed ne nunc quidem, ingenue enim fateor, valde eam tuerer, modo quis pro *Καινεὺς* aptum aliquod numeri pluralis substantivum suppeditaret. Levi sane correctione pro *Καινεὺς* potest legi *Καινοί*, quod est nomen gentis Thraciae secundum fragmentum Apollodori, sed quid inde lucremur, non video. Ratio ea, quam dixi, haec est. Caeneus Elati filius rex fuit Lapitharum, quae gens Thessaliae ad Olympum montem habitabat. Licet aetas ejus non congruat cum aetate Phoenicis, viderat enim Caeneum cum Polyphemo inter superioris aetatis heroes Nestor juvenis, cf. Il. α, 264, et schol. ad eum locum; haec fortasse differentia tragico poetae levior est visa, fabulam Phoenicis ab aliis, Sophocle et Euripide tractatam novare studenti. Phoenicis fabulam a tragicis, ut modo dixi, mutatam esse varium in modum et ex schol. Il. ι, 448 et ex Apollodoro III, 13, 8, docemur. Hic enim Phoenicem scribit a patre excaecatum ad Peleum confugisse et a Chirone sanatum regem esse factum Dolopum. Dolopes vero cum in confiniis Thessaliae habitarent, cf. Heyne ad Apollod. bibl. lib. III, 13, 8, et cum Lapithae cum finitimis gentibus saepius *de finibus* certasse tradantur, cf. Apollod. bibl.

II, 7, 7, jam dubium non est, quin Caeneus cum Phoenice una fabula conjungi potuerit. Fabula igitur versata forsitan fuerit in laboribus Phoenicis, ad quos sive levandos sive augendos aliquantum contulerit Caeneus. Phoenicis enim in ea primas fuisse partes vel titulus significat. De singulis hariolari non libet.

1.

ἀλλ' ἔν τε χέρσῳ τὰς λέοντος ἧνεσα
ἢ τὰς ἐχίννου μᾶλλον οἰζυρὰς τεχνάς,
ὃς εὖτ' ἂν ἄλλων κρεισσόνων ὁρμὴν μάθῃ,
στρόβιλος ἀμφ' ἄκανθαν εἱλίξας δέμας
κεῖται δακεῖν τε καὶ θιγεῖν ἀμήχανος.

Athen. III, 91, d.

Totus locus sed passim corruptus exstat apud Zenobium adag. V, 68, ubi praeterea pro *κρεισσόνων* legitur *θηρίων*; postrema mutilata reperiuntur apud Diogenem adag. VII, 83. cf. Valken. ad Phoeniss. p. 407. Duo postremi versus citantur a Plutarcho de sollertia animalium, tom. XIII, c. 16, p. 170 ed. Hutt; ubi sicut apud Zenobium inverso ordine legitur *κεῖται θιγεῖν τε καὶ δακεῖν ἀμήχανον*, et pro *ὁ Ἴων* male *οἷον*. de copula *τέ* cf. fragm. 2. Notanda est tmesis *ἀμφ' ἄκανθαν εἱλίξας δέμας* pro *ἄκανθαν ἀμφειλίξας δέμας*, de quo accusativo duplice cf. Matthiae Grammat. § 426. Illud *ὕστερον πρότερον* quod dicunt *δακεῖν τε καὶ θιγεῖν* emendatum est a Plutarcho et Zenobio. — Ceterum a quo haec et ad quem pronuntientur, incertum; fortasse sunt Phoenicis, qui se malle jactat leonum more fortiter etiam adversus validiores pugnare, quam *τῶν πανουργοτέρων* artibus uti; *ἐπὶ τῶν πανουργοτέρων* enim haec dici solere, docet Diogen. prov. VII, cent. 83.

2.

Ἴων ἐν Φοίνικι·

καὶ τὸν πετραῖον πλεκτάναις ἀναίμοσι
στυγῶ μεταλλακτῆρα πουλύπουν χροός.

Athen. VII, 318, d.

quibus versibus hominem versipellem sive *παλίμβολον* notari dicit Eustathius 1541, 43, apud quem omissa conjunctione *καὶ* legitur *ἀναίμονα* et *πολύπουν*. Haec pertinere ad fragmentum antecedens atque adeo cum eo esse conjungenda nemo non videt; haec enim dicit, quisquis est: Et in terra leonis praevolo artes sive mores quam echini, et in mari invisus mihi est saxatilis polypus colorem perpetuo mutans. Sic etiam illud *τὲ* habet quo referatur.

3.

Ἴων δ' ἐν Φοίνικι ἢ Καινεῖ ἀλέκτορα τὸν αὐλὸν καλεῖ ἐν τούτοις·

ἐπὶ δ' αὐλὸς ἀλέκτωρ Λύδιον ὕμνον Ἀχαιῶν.

Athen. IV, 184, f.

Eustath. 1479, 27. *Ἴων δὲ ὁ τραγικὸς ἀλέκτορα τὸν αὐλὸν εἶπε διὰ τὸ ἡδύ, οὗ χάριν οὐκ ἔχει ὁ ἀκροάτης λέγεσθαι ἤγουν κοιμᾶσθαι.* Casauboni conjecturam ingeniosam *ἐπῇδ'* pro *ἐπὶ δ'* recepit Schweighaeuserus, et ejecta voce *αὐλὸς*, ut quae ex versu praecedenti addita sit, ita senarium integrum se dicit restituisse:

ἐπῇδ' ἀλέκτωρ Λύδιος ὕμνον Ἀχαιῶν.

Qui quidem senarius an cuiquam, qui vel digitis solum versum metiri soleat, placere possit, nescio; mihi saltem haud dubium est, quin versus ille sit hexametur dactylicus, cui in fronte deest arsis, sive anapaesticus, isque ex choro vel *ἐκ τῶν ἀπὸ σκήνης*, non

e diverbio sumptus. Hexametro saepius nostrum in fabulis usum esse reperimus. Quod vero verbum in hac sententia desideratur, aut ex iis quae antecesserant aut quae sequebantur, subintelligitur; ἐπὶ enim est adverbii loco. *Λύδιον ὕμνον* dixit etiam Telestes apud Athenaeum XIV, 626, a. in his:

τοῖς δ' ὀξυφώνοις πηκτίδων ψαλμοῖς κρέκον
Λύδιον ὕμνον.

Sic etiam supra Lydiae psaltrices vocantur *παλαιθετῶν ὕμνων ἀοιδοί*; est igitur hymnus melodia sive harmonia Lydia compositus.

4.

Ἴων ἐν Φοίνικι ἢ Καινεῖ δρυὸς ἱδρῶτα εἴρηκε τὸν ἰξὸν ἐν τούτοις·

δρυὸς μὲν ἱδρὼς
καὶ θαμνομήκης ῥάβδος ἥ τ' Αἰγυπτίη
βόσκει λινοῦλκος χλαῖνα θήραγρος πέδη.

Athen. X, 451, d. inter *αἰνιγματωδῶς* dicta referens.

Phavorin. p. 923, 14. v. *ἱδρώς. ὁ δέ γε τὰς πηγὰς γῆς ἱδρῶτα εἰπὼν τροπικῶς εἶπεν, ὥσπερ καὶ ὁ τὸν οἶνον εἰπὼν βρομιάδος ἱδρῶτα πηγῆς, καὶ τὸν ἰξὸν δὲ δρυὸς ἱδρῶτα ὡς τὸ* δρυὸς ἱδρὼς καὶ θαμνομήκης κλάδος. similia his habet Eustath. 865, 15.

Casauboni conjecturam *δρυὸς μ' ἱδρὼς* non probatam Toupio opusc. II, 89, quia penultimam vocis *ἱδρὼς* semper longam esse putabat, recepit Schweigh., ancipitem eam syllabam esse arbitratus. Recte quidem, plerumque enim producta syllaba ea haud raro a scenicis corripitur, velut a Sophocle Ajax v. 10., ab Euripide Phoeniss. 1403 ed. Pors. sive 1397 ed. Matth.

Troad. 1187 ed. Matth.; non igitur opus est ordine verborum inverso, id quod voluit Toupius, μ' ἱδρῶς δρυὸς scribens. Neque placet, quod in editione sua Athenaei indicavit Dindorfius, primam ea verba constituere partem senarii, cum arctius cohaereant cum sequentibus, quam ut intermissa esse quaedam possint. — In sequentibus neminem, quod sciam, ionismus offendit vocis *Αἰγυπτίη*, ab omnibus is quidem editoribus tacite servatus; neque reprehendere eos hanc ob causam in animo est, saepius enim jam monui, hac in re Ionem fuisse parum diligentem. — *λινοῦλκος χλαῖνα* vertit Casaubonus „ex lino facta laena," melius Toupius l. l., quem sequitur Schweigh., „rete funiculis aptum vel lineo fune tractum." *τόξα κερουλκὰ* dixit Euripides Orest. 262, ed. Pors. — pro *λινοῦλκος* Lobeckius ad Phryn. p. 612, *λινόκλως* legendum esse censet, causam cur ita censeat, non addidit. —

Ceterum sermonem esse de aucupe et recenseri artes eas, quibus ille victum sibi quaerat, monuit Casaubonus. Loqui haec videtur Phoenix, quem poeta, sicut Telephum Euripides, extremam ad inopiam redactum ut infimae sortis hominem, hac arte forsitan sustentantem fecerit vitam suam; haec igitur dicit: *alit me quercinum viscum et surcula virga longa, et aegyptium funiculis aptum rete, feras capiens pedica.*

5.

ἀλλ' ὦ θυρέτρων τῶνδε κωμῆται θεοί.

Pollux IX. 5.

Vel a Phoenice excaecato vel ab Amyntore patre invocantur οἱ θεοὶ ἀγυιεῖς, i. e. dii, quorum statuae ante portas sive fores ad viam positae erant.

6.

Schol. Aristoph. ad Ran. v. 718. εἰ δ' ἐγὼ ὀρθὸς ἰδεῖν βίον ἀνέρος." Τοῦτο Ἴωνός ἐστιν ἐκ Φοινίκης ἢ καὶ οἰνέως, εἰδ' ἐγῶ ὀρθῶς ἰδεῖν βίον ἀνέρος, πολιῆται, quae sic restituit Bentlejus ad Mill. 54: τοῦτο Ἴωνος ἐκ Φοίνικος ἢ Καινέως·

εἰ δ' ἐγὼ ὀρθὸς ἰδεῖν βίον ἀνέρος ὦ πολιῆται.

Est hic versus hexameter dactylicus, cujus de usu et de formis ionicis ἀνέρος, πολιῆται saepius dictum est. Sensus est: utinam ne fallar in aestimanda sive judicanda vita hominis, o cives. Fuerint haec chori, vel, cum chorus videatur τῶν πολιτῶν fuisse, pronunciaverit ea Peleus, Phoenicem num excipiat, dubitans.

b. Φοῖνιξ δεύτερος.

1.

ἔκτυπον ἄγων βαρὺν αὐλὸν τρέχοντι ῥυθμῷ,
ὁ αὐτὸς Ἴων φησίν, οὕτως λέγων τῷ φρυγίῳ.
Athen. IV, 186, a.

Pro ἔκτυπον Casaubonus scribere voluit εὔκτυπον adjectivum ad αὐλὸν referendum; Bentlejus ad Mill. p. 55. versum senarii in formam ut redigeret, ita correxit:

ἐκτύπουν ἄγων βαρὺν
αὐλὸν τρέχοντα ῥυθμόν,

comparans, quod apud Euripidem legitur Rhes. v. 304, ed. Matth.

πολλοῖσι σὺν κώδωσιν ἐκτύπει φόβον.

Quae correctio confirmari videtur lectione cod. Laurent. apud Dindorfium τρέχοντα. Sed quamvis sit *facillimum* ita emendare, haud scio an vulgatam prae-

stet retinere. Equidem enim ut versum e choricis potius qua e diverbio sumptum esse censeam, facit cum sensus tum verborum quem dicunt color. Quod si vere statuatur, nihil impedit quominus legamus:

ἔκτυπον
ἄγων βαρὺν αὐλὸν τρέχοντι ῥυθμῷ.

— ⏑ ⏑̄
⏑ –́ ⏑ ⏑ — –́ ⏑ — ⏑ — —

uterque sic est versus logaödicus, quorum priori pars deest. — Praeterea monendum est pro τρέχοντα Hemsterhusium ad Lucian. Dial. deor. XII conjecisse τρήχοντα, ut intelligerentur numeri asperi; neque defuere, quibus hoc placeret, sed τρέχων ῥυθμὸς multo aptius est dictum de harmonia illa bacchica numerisque incitatis Phrygicis, de quibus conferri debet Boeckh. de metr. Pind. III, 8, p. 239.

2.

Hesychius v. τιμάλφης, ἔντιμος, τιμὴν ἀλφαίνουσα, διὰ τῆς τιμῆς ἀγομένη. Ἴων Φοίνικι δευτέρῳ, τινές μὲν τὴν ἰώνιον (scr. ὤνιον). de voce τιμάλφης cf. Suidas et Photius v.

IX. Φρουροί.

Argumentum hujus fabulae quod fuerit, vix dubium potest esse, modo meminerimus, in Aeschyli tragoedia, quae inscribitur Hectoris lytra sive Phryges, chorum fuisse τῶν φρουρῶν, qui scilicet curru in castra Graecorum vehenti Priamo essent praesidio. cf. Schütz. fragm. Aeschyli p. 173. Welcker Aeschyl. Trilogie p. 425.

Priamus igitur a Mercurio ductus et stipatus choro custodum curru vehitur in castra Graecorum filium

Hectorem ab Achille interfectum redempturus. Vix tandem precibus quod petit, ab eo impetrat. — Quae vero in hac fabula partes fuerint Helenae, non liquet; colloquitur enim cum Ulysse de inexorabili, ut videtur, tacitoque assidenti Achille, ita ut feminae quoque regiae in castra fuisse secutae videantur. Andromachae certe etiam apud Aeschylum fit mentio, quamquam affuisse eam in scena non constat.

1.

Ἐν δὲ φρουροῖς τὸν ἀλεκτρυόνα Ἰδαῖον εἴρηκε (ὁ Ἴων scilicet) σύριγγα διὰ τούτων·

προθεῖ δέ τοι σῦριγξ Ἰδαῖος ἀλέκτωρ.

Athen. IV, 185, a.

Articulus insollemniter positus ab Athenaeo, Casaubonum implicavit in errorem, ut Ἰδαῖον conjungendum putaret cum voce σῦριγξ. Recte explicasse locum videtur Schweigh., cujus haec sunt verba: „Idaea fistula sive Phrygia, cf. Lucian. diall. deor. XII. Iam vero pro eo quod Phrygiam vel Idaeam fistulam Ἰδαῖον σύριγγα dicere potuerat, fistulam maluit per adpositionem quam dicunt grammatici, τὸν Ἰδαῖον ἀλεκτρυόνα appellare.“ Praeterea idem vir doctus ἀλεκτρυὼν restituendum esse censet pro ἀλέκτωρ, recte, opinor; erravit enim librarius, quod continuo praecesserat apud Athenaeum exemplum illud αὐλὸς ἀλέκτωρ e Phoenice Ionis, in quo vox ἀλέκτωρ adjectivam sustinet potestatem; eodem modo, quo αὐλὸς ἀλέκτωρ dixit, etiam σῦριγξ ἀλέκτωρ dicere poeta potuit, sed exquisitius est, quod scripsit Ἰδαῖος ἀλεκτρυών. Prodit igitur senarius paulo liberior atque adeo elumbis tum propter diaeresin post vocem σῦριγξ, tum propter anapaestum vocis ἀλεκτρυών;

sed in hac voce saepe esse migratam legem podicam a scenicis constat. cf. Porson. praef. ad Hecub. p. 47 ed. Lips. Hunc igitur habemus senarium:

προθεῖ δέ τοι σῦριγξ Ἰδαῖος ἀλεκτρυών.

2.

„*ποθεῖ μὲν ἐχθαίρει δ' ἔχειν*“ παρὰ τὰ ἐκ τῶν Ἴωνος φρουρῶν, ὅπου ἡ Ἑλένη πρὸς Ὀδυσσέα φησί·

σιγᾷ μὲν ἐχθαίρει δὲ βούλεταί γε μήν.

Schol. ad Aristoph. Ran. v. 1472.
(1462 ed. Inv.)

Hic versus lectus etiam fuit apud Suidam, sed excidit e textu, cf. v. *σίφνιοι*, cujus articuli in fine adhaeserunt haec: *ἐκ τῶν Ἴωνος φρουρῶν. φησὶ δὲ καὶ Ἀριστοφάνης· ποθεῖ μὲν ἐχθαίρει δὲ βούλεται δ' ἔχειν.* Helena haec dicere videtur de Achille tacito assidenti, sicut apud Aeschylum, neque ad preces Priami respondenti.

3.

Hesych. et Phavorin. v. *κλητῆρα, τὸν καλέσαντα, Ἴων φρουροῖς.*

4.

Hesych. v. *νιφόεσσα Ἑλένη, ἀντὶ τοῦ λευκή, Ἴων φρουροῖς.* cf. Photius in lexic. apud quem mendose *νιφόεσσα σελήνη, λευκή*; merito non probatum, quod ibi nescio quis voluit corrigere *νιφόεσσα ὠλένη.*

5.

Hesych. v. *πυργήρως, μετέωρος* (scribe *μετεώρως*) *ὡς πύργος. καὶ ἐν φρουροῖς·*

πύργεια κώπην.

Phavorin. p. 1604, 18. v. πυργήρως, μετεώρως, ὡς πυρὸς (sic) καὶ ἐν φρουροῖς, πυργίαν κώπην. Recte Florens corrigendum esse vidit: Ἴων ἐν φρουροῖς.

XI. Τεῦκρος.

Teucri fabulam a multis iisque summis poetis tum graecis tum latinis tractatam esse constat. Scripsit Aeschylus fabulam Σαλαμινιῶν de Teucri cum Eurysace reditu. cf. Welker Aeschyl. Trilog. p. 439. Teucrum scripsit Sophocles, apud Latinos Pacuvius et Livius cf. Varro l. l. VII, 80; Telamonem praeterea Ennius et Eurysacem Attius.

1.

Hesych. v. ἄϊδροι, ἄΐδριες, Ἴων Τεύκρῳ. cf. Phavorin. et Etym. Magn. v.

2.

Hesych. et Phavorin. v. ἀμφιβώτης, περιβόητος, Ἴων Τεύκρῳ. Bentl. p. 55. corrigit περιβοήτου. cf. Hesych. v. ἀμφιρῶτις, ubi iterum leguntur.

Ex fabulis incertis.

1.

Plutarch. consolat. ad Apollon. tom. VII, p. 346 edit. Hutt. — Αἰγύπτιοί τε καὶ Σύροι καὶ Λυδοὶ καὶ πάντες ὅσοι τούτοις παραπλήσιοι. τούτων γὰρ τοὺς μὲν εἰς βόθρους τινὰς καταδύντας ἱστοροῦσιν ἐπὶ πλείους ἡμέρας μένειν, μηδὲ τὸ τοῦ ἡλίου φῶς ὁρᾶν βουλομένους, ἐπειδὴ καὶ ὁ τετελευτηκὼς ἀπεστέρηται τούτου. Ἴων οὖν τραγικὸς ποιητὴς οὐκ ἀνήκοος ὢν τῆς τούτων εὐηθείας πεποίηκέ τινα λέγουσαν·

ἐξῆλθον ὑμῶν ἱκέτις ἡβώντων τροφὸς
παίδων βόθρους λιποῦσα πενθητηρίους.

Sic Wyttenbachius e cod. Paris. locum restituit, ıi ante eum corruptissimus legebatur:

> ἐξῆλθον ἡμῶν καὶ τὰ ἡμῶν τρόφος vel ἡμωνῆται καὶ τοὺς ἡμῶν —

ıae frustra Jacobsius animadverss. in Eurip. p. 58. a tentaverat:

> ἐξῆλθον ἡ μόν τε καὶ τλήμων τρόφος, κ. τ. λ.

verba inquit, sunt nutricis in scenam prodeuntis et ologo fortasse agentis: novi certe acti initium conituunt."

2.

Plutarch. comparatio Alcibiadis cum Coriolano cap. 2. m. II, p. 111, ed. Hutt. οὐ γὰρ ἐκ φιλονεικείας οὔτε ›λιτικῆς μάχης ἢ ἁμίλλης ὡς ἐκεῖνος, ἀλλ' ὀργῇ χαριζό-ıνος, παρ' ἧς οὐδέν φησιν ὁ Δίων ἀπολαβεῖν χάριν. in ıibus Ionis versum latere vidit Toupius opusc. II, 85. Is enim ita locum corrigit: ὀργῇ χαριζόμενος ιρ' ἧς οὐδένα φησὶν ὁ Ἴων ἀπολαβεῖν χάριν, atque ita ıni vindicat fragmentum, quod apud Stobaeum tit. XX, 172, no. 6 περὶ ὀργῆς exstans Clericus assignavit enandro. Toupio assentit Meineke ad Menandrum add. p. 575, dubitationem, quam in eodem libro p. 246 ıntra Toupium moverat, sponte retractans. Fragmenm hoc est:

> Α. ἐπίσχες ὀργιζόμενος. Β. ἀλλὰ βούλομαι,
> οὐδεὶς γὰρ ὀργῆς χάριν ἀπείληφεν, πάτερ.

Eleganter ut solet vertit haec Grotius:

Pat. Iram moderare. Fil. cupio, quippe ita est pater,
Ira indulgenti nullam referet gratiam.

3.

Plutarch. vita Demosthen. cap. 3. tom. IV, p. 260 ed. Hutt. *κἀκεῖ γάρ ὥς φησιν ὁ Ἴων δελφῖνος ἐν χέρσῳ βία*; quae Grotius in senarium redegit scribens:

κεῖται γὰρ ἡ δελφῖνος ἐν χέρσῳ βία.

Sed dubium esse non potest, quin *κἀκεῖ* et *γὰρ* sint Plutarchi, non poetae; recte igitur Reiskius: „Etiam hic usu venit Ionis: Delphis in terra continente." Abiit enim haec sententia in proverbium, et sic apud Schottium 1015 inter metrica reperitur:

δελφῖνος ἐν χέρσῳ βία. Σφενδάμνινος.

4.

*φίλων δ' ὃ τ' ἐλθὼν λυπρὸς**) *ὅ τ' ἀπιὼν βαρύς,*

ὡς ὁ Ἴων φησίν. Plutarch. de anim. tranquill. 466. D. et Stobaeus flor. tit. IV, 117 ed. Gaisf.

5.

τὸ γνῶθι σαυτὸν τοῦτ' ἔπος μὲν οὐ μέγα,
ἔργον δ' ὅσον Ζεὺς μόνος ἐπίσταται θεῶν.

Plutarch. consol. ad Apoll. p. 116. D. tom. VII, p. 355 ed. Hutt.

paulum immutata eadem leguntur apud Olympiodorum schol. ad Platon. Alcib. I. p. 201 ed. Creuz.: *διὰ τὴν τραγῳδίαν λέγουσαν*

τὸ γνῶθι σαυτὸν ἐν λόγοις οὐδὲν μέγα
ἔργῳ μόνος δὲ Ζεὺς ἐπίσταται θεῶν.

item in schol. ad Platon. ed. Ruhnk. p. 81: *καὶ γὰρ λέγεται*

τὸ γνῶθι σαυτὸν ἐν λόγοις οὐδὲν μέγα,
ἔργῳ δὲ μόνος τοῦτ' ἐπίσταται θεός.

---

*) libri *λυπηρός*, quod adversatur metro.

6.

Sext. Empir. adv. Mathem. II, sect. 24, edit. Fabric. de Lacedaemoniis narrat rhetorices osoribus: *ἐκ μέσων μέντοι γε καὶ Χίων πρεσβεύτην περὶ ἐξαγωγῆς πυροῦ δεόμενος ἐπεὶ μακρῶς ἡρμήνευσε τὴν δέησιν, ἄπρακτον ἐξαπέστειλαν, ἑτέρου δὲ πεμφθέντος συντομωτέρου (ἤπειγε γὰρ ἀνάγκη τοὺς Χίους) ἔδοσαν. κενὸν γὰρ θύλακον αὐτοῖς οὕτως ἀνατείνας, ἀλφίτων αὐτὸν ἔφη δεῖσθαι. ὅμως δ' οὖν καὶ τοῦτον ὡς ἀδολέσχην ἐμέμψαντο· ἀποχρώντως γὰρ ἂν κενὸς δειχθεὶς ὁ θύλακος ἐσήμηνε τὴν τῶν Χίων αἴτησιν. ἔνθεν ὁ τραγικὸς Ἴων κινηθεὶς εἶπεν ἐπ' αὐτῶν·*

οὐ γὰρ λόγοις Λάκαινα πυργοῦται πόλις,
ἀλλ' εὖτ' Ἄρης νεοχμὸς ἐμπέσῃ στρατῷ,
βουλὴ μὲν ἄρχει, χεὶρ δ' ἐπεξεργάζεται.

in editione Fabricii post *εὖτ'* in versu secundo insertum est *ἄν*, qua particula emendatur constructio, metrum vero corrumpitur. Licet enim Ion maxime fuerit indiligens in condendis versibus, in secundo pede primae dipodiae senarii anapaestus ne in nomine qnidem proprio ferri potest. Quare praestat Ionem statuere *εὖτε* conjunctionem omissa particula *ἂν* epicorum more cum modo conjunctivo junxisse. Postremus versus laudatur omisso auctore a Schol. ad Il. *β*, v. 273.

7.

Pollux. VII, 13. *ὁ δὲ κύπασσις λίνου πεποιητὸς σμικρὸς χιτωνισκὸς ἀχρὶ μέσου μήρου ὡς Ἴων φησί·*

βράχυς λίνου κύπασσις ἐς μηρὸν μέσον
ἐσταλμένος.

cf. Suidas. *κύπασσις, κόσμος γυναικεῖος. — οἱ γλωσσογράφοι χιτῶνος εἶδός φασιν τὸν κύπασσιν οἱ μὲν γυναικείου οἱ δὲ ἀνδρείου.* cf. Hesych. et Phot. s. v.

8.

Athen. I, 21, a. ὀρχεῖσθαι scripsit saepe significare κινεῖσθαι sive ἐρεθίζεσθαι, inter alia exempla hoc Ionis laudans:

ἐκ τῶν ἀέλπτων μᾶλλον ὤρχησεν φρένας.

versum laudat praeterea Eustathius p. 1942, 4. Casaubonus locum explicat per ὤρχησεν κατὰ φρένας, se commovit animo sive animo exsultavit, comparans Hesychii interpretationem verbi ὀρχεῖσθαι. Sed Athenaei verba alteri videntur favere interpretationi, ut ὤρχησεν pro ἐκίνησε cum accusativo φρένας jungatur, et subjectum deus aliquis intelligatur, ex rebus desperatis magis tollere sive levare solet animos.

9.

Schol. ad Euripid. Phoeniss. v. 219. οὕτω καὶ λέγει·

ὅταν δὲ πόντου πέδιον Αἰγαῖον δράμω.

quem ad locum conferenda sunt, quae disputavit Valkenar. de voce πέδιον aequor maris significante.

10.

Plutarch. Sympos. lib. III, p. 658, B. edit. Wech.; tom. XI, p. 150 ed. Hutt. ἔτι δὲ σαφέστερον Ὅμηρον ἐπὶ τοῦ Ἕκτορος, ᾧ κειμένῳ νεφέλην τινὰ σκιερὰν ὁ Ἀπόλλων ἐπήγαγε, — μὴ πρὶν μένος ἠελίοιο Σκήλῃ ἀμφὶ περὶ χρόα ἴνεσιν ἠδὲ μέλεσσιν. τὴν δὲ σελήνην ἀδρανεστέρας ἀφιέναι τὰς αὐγάς.

„μέλας γὰρ αὐταῖς οὐ πεπαίνεται βότρυς"

κατὰ τὸν Ἴωνα. — idem de facie in orbe lunae p. 929, A.; tom. XIII, p. 52, ed. Hutt. αὐτῆς (τῆς σελήνης) δὲ νωθείαν καὶ τάχους ἀμβλύτητα, καὶ τὸ θερμὸν ἀδρανὲς καὶ ἀμαυρόν, ᾧ, κατὰ τὸν Ἴωνα, μέλας οὐ πεπαίνεται βότρυς.

Quod additum legimus in priore loco γὰρ αὐταῖς
ιud dubie est Plutarchi, scripserit forsitan Ion:

μέλας σελήνης οὐ κεκαίνεται βότρυς
αὐγαῖς, κ. τ. λ.

11.

Etym. Magn. v. τέτυκται p. 755, 24. — ἄφυκτος
' οὐ δύναταί τις διαλαθεῖν, καὶ ὁ Ἰωάννης „Σειραῖς
ϕὔκτοις ὃν διαρθρεῖ δακτύλοις."
pro Ἰωάννης, quod depravatum esse sponte apparet,
cod. Parisin. 2630. v. τετύχθη exstare Ἴων, notavit
ι. Bekker in anecd. Graec. p. 1457. Scriptum fuit
ν φησί quod coaluit Ἰωάννης. Vindicatur igitur
ni senarius non inelegans, quamquam, si metrum
ectas, non omnibus numeris absolutus, peccat enim
regulam, quam Porsonus in praefat. ad Hecub. p. 31.
oposuit; sed in hac re parum attentum fuisse Ionem
ia docuerunt exempla.

12.

Athen. XI, 478, 6. μνημονεύει δὲ αὐτοῦ (τοῦ κοτύ-
υ) καὶ Ἴων Χῖος·

⏑̄ ⏑́ ⏑ — ⏑̄ ⏑́ „κότυλον οἴνου πλέων"

γων. videntur haec esse ex Omphala, libet enim
ιriolari.

13.

Schol. ad Euripid. Phoen. v. 1165. ἀμφίβολον πό-
ρον τοὺς κρᾶτας εἶπεν ἢ τὰς κράτας, ἐπεὶ καὶ ἐν Ἀρ-
λάῳ· ἐγὼ δὲ τὸν σὸν κρᾶτ' ἀναστέψαι θέλω. καὶ Ὅμη-
ς ἀμφιβόλως εἴρηκεν, εἰπών· κρατῶν τυπτομένων. καὶ
ν·

τύπτων τὸν αὐτοῦ κρᾶτα — ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑̄

ad quem locum conferendus est Valken. qui corrigit: *πότερον τὸν κρᾶτα εἶπεν ἢ τὸ κρᾶτα.* Sophocles enim in Oedip. tyr. 271. Philoct. 998. 1453. scripsit *τὸ κρᾶτα,* unde Eustathius ad Il. *θ*, p. 582, 42. *παρὰ Σοφοκλεῖ καὶ τὸ κρᾶτα εἴρηται καινότερον.* — Similis est locus Attii servatus a Cicerone Tusc. III, 26.

Scindens dolore indentidem intonsam comam,

ubi intelligitur Agamemnon, sed in nostro loco alia res est.

14.

Plutarch. Sympos. lib. VI, 686, A. tom. XI, p. 241, ed. Hutt. *Τιμόθεον τὸν Κόνωνος, ὦ Σόσσιε Σεννεκίων, ὡς ἐκ τῶν πολυτελῶν καὶ στρατιωτικῶν δείπνων ἀναλαβὼν ὁ Πλάτων ἐδείπνισεν ἐν ἀκαδημίᾳ μουσικῶς καὶ ἀφελῶς ταῖς ἀφλεγμάνταις, ὥς φησιν Ἴων, τραπέζαις, αἷς ὕπνοι τε καθαροὶ καὶ βραχυόνειροι φαντασίαι, τοῦ σώματος εὐδίαν καὶ γαλήνην ἔχοντος ἕπονται.*

Quaeritur ex his quae sint Ionis, quaeve Plutarchi. Mihi quidem cum verborum quem dicunt color tum ordo videtur significare, solum verba *ταῖς ἀφλεγμάνταις τραπέζαις* sumpta esse ex Ione, reliqua vero addita a Plutarcho; neque tamen negaverim totum locum inde a verbis *ταῖς ἀφλεγμάνταις* in libro aliquo eorum, quos oratione pedestri scripsit noster velut *τῶν ἐπιδημιῶν,* posse scriptum fuisse.

15.

Strabo Geograph. H, p. 364, cap. ε, § 3. ed. Coray. *Σοφοκλῆς δὲ καὶ Ἴων τὸ ῥάδιον ῥᾷ.* cf. Geographi Graeci minores ed. Hudson. p. 119 excerpt. e Strab. — Eustath. 187, 29; 295, 5.

16.

Hesych. v. „Νυμφαῖον ὄχθον“ Ἴων, ὁ πόρος (legitur ἱρος), ὃν ὁ Ἀλφεὸς τὴν Ἀρκαδίαν παραμειβόμενος, τας γομένας γλύφας διέρχεται. cf. Phavorin. v.

17.

Hesych. v. φοινικόλεγνον, Ἴων, τὸν πηλίνοκα, τὸ νεον, τὸν γὰρ τράχηλον ἔπιπαν φοινικοῦν, ἡ δὲ λέγνη ιρέλκει. cf. Eustath. p. 1422, 7.

18.

Hesych. v. πυκνὰ πτέρα, τὸ ἐν Ἀθήναις δικαστήριον ν πνύκα, Ἴων.

19.

Phrynichi epitom. Lobeck. p. 312. „παραθήκην“ ιxίαν καὶ Ἴωνά τινα συγγραφέα φασὶν εἰρηκέναι· ἡμεῖς τοῦτο παρακαταθήκην ἐροῦμεν ὡς Πλάτων καὶ Θουδίδης καὶ Δημοσθένης.

20.

Exstat praeterea glossa ad Virgil. Georg. I, 482, a Ion proditur posuisse Eridanum fluvium in Achaia, ae haud scio an ad nostrum pertineat.

21.

Etym. Magn. 574, 6. μάκαιρα, ἀπὸ μάχης, ὁ δὲ Ἴων θ' ὁμοιότητα ἀπὸ τοῦ εἴκειν καὶ ὑποχωρεῖν, δειλὸν γάρ. unc nonnulli grammaticum fuisse suspicantur; licet n noster in aliquo libro tangere hanc quaestionem tuerit, nego tamen Ionis haec esse poetae, nego etiam ammatici, nusquam enim Ionis grammatici fit mentio, are pro ὁ δὲ Ἴων scribendum esse ὁ Δίων sponte paret: hic enim grammaticus de hujusmodi rebus aesivit etiamque scripsit. cf. Eustath. 655, 14. 133,

8. 78, 3. ubi commemoratur *Δίων ὁ Ῥωμαῖος*. Schol. ad Hesiodi opp. et d. v. 108. tom. III, p. 92 not. t. ed. Gaisf. — Eudocia p. 47.

22.

Sicut in libris *ὁ Δίων* facile videmus abiisse in *ὁ δ' Ἴων*, quod totidem literis scribitur, sic etiam alteram lectionem *ὁ δ' Ἴων* coaluisse in *ὁ Δίων* vel potius *Δίων* natum esse ex *Ἴων* argumento est locus Athenaei XIV, 633, a. in quo scriptor de musica deque ejus instrumentis loquitur: *Δίωνα δὲ τὸν Χῖον τὸ τοῦ Διονύσου σπονδεῖον πρῶτον κιθαρίσαι, Μέναιχμος· Τιμόμαχος δ' ἐν τοῖς κυπριακοῖς Στήσανδρον λέγει τὸν Σάμιον ἐπὶ πλεῖον αὐξῆσαι τὴν τέχνην, καὶ πρῶτον ἐν Δελφοῖς κιθαρῳδῆσαι τὰς καθ' Ὅμηρον μάχας, ἀρξάμενον ἀπὸ τῆς Ὀδυσσείας*. Hoc loco vereor, ne pro *Δίωνα* scribendum sit *Ἴωνα*. Sensus hic est: Dionem (sive Ionem) Chium, primum Bacchi spondeum cithara cecinisse, Menaechmus tradit. *Διονύσου σπονδεῖον* est carmen compositum pedibus spondeis in honorem Bacchi cantatum inter libandum. Jam intelligitur credo, quam apte ad nostrum haec referantur, scilicet cantui et conviviis ut amicissimum ita artis citharisticae minime imperitum. cf. Eleg. fragm. 3.

CAPUT QUARTUM.

LYRICA IONIS ILLUSTRANTUR.

Poesi lyricae Ion, quod quidem tum ex fragmentis tum ex scriptorum testimoniis apparet, operam dedit

haud mediocrem. Majorem tamen ejus virtutem fuisse in componendis elegiis aliisque ionicae, quam vocant, lyrae carminibus, quam doricae, aeolicae vel atticae, supra monui simulque exponere conatus sum, quam in quoque genere expresserit naturam; quare brevius hoc loco agam.

α. Carmina lyrae altioris, sive odae et dithyrambi.

1.

Ad versum 835 (830 ed. Inv.) fabulae Aristophanis, quae Pax inscribitur, paulo uberior scholiastae de nostro exstat annotatio, quam quod saepius eo testimonio usi sumus, integram huc ponere libet.

Ἴων ὁ Χῖος, διθυραμβῶν καὶ τραγῳδίας καὶ μελῶν ποιητής. ἐποίησε δὲ ᾠδὴν, ἧς ἡ ἀρχή· „ἀοῖον ἀεροφοίταν ἀστέρα μείνομεν ἀελίου λευκῇ πτέρυγι πρόδρομον.“ φαίνεται δὲ τετελευτηκὼς ἐκ τούτων. παίζων οὖν ὁ Ἀριστοφάνης ἀοῖον αὐτόν φησιν ἀστέρα κληθῆναι. περιβόητος δὲ ἐγένετο. ἔγραψε δὲ καὶ κωμῳδίας καὶ ἐπιγράμματα, καὶ παιᾶνας καὶ ὕμνους, καὶ σκολιὰ καὶ ἐλεγεῖα καὶ καταλογάδην τὸν πρεσβευτικὸν λεγόμενον, ὃν νόθον ἀξιοῦσί τινες εἶναι οὐχὶ αὐτοῦ. φαίνεται δὲ αὐτοῦ καὶ κτίσις καὶ κοσμολογικὸς καὶ ὑπομνήματα καὶ ἄλλα τινά. καὶ πάνυ δόκιμος ἦν. φασὶ δὲ αὐτὸν ὁμοῦ διθύραμβον καὶ τραγῳδίαν ἀγωνισάμενον Ἀθήνησι καὶ νικήσαντα ἑκάστῳ τῶν Ἀθηναίων δοῦναι Χῖον κεράμιον. υἱὸς δὲ ἦν Ὀρθομένους ἐπίκλησιν δὲ Ξούθου. ἤρξατο δὲ τὰς τραγῳδίας διδάσκειν ἐπὶ τῆς ὀγδοηκοστῆς δευτέρας Ὀλυμπιάδος. δράματα δὲ αὐτοῦ δώδεκα, οἱ δὲ τριάκοντα, ἄλλοι δὲ τεσσαράκοντά φασιν. His similia habet Suidas v. *Ἴων* et *διθυραμβοδιδάσκαλος.* — *ἐποίησε δὲ ποίημα, οὗ ἡ ἀρχή· „ἀοῖον ἠερο-*

φοίταν ἀστέρα μῆνα μὲν ἀελίου λευκοπτέρυγα πρόδρομον.“ κ. τ. λ. Carminis hujus principium Bentlejus ad Mill. p. 53. sic esse corrigendum dicit:

Ἀοῖον ἀμεροφοίταν.
Ἀστέρα μείναμεν, ἀελίου
Λευκοπτέρυγα πρόδρομον.

in quibus plena interpunctio post ἀμεροφ. posita operarum socordiae videtur tribuenda esse, mutationem vero illam ἀμεροφοίταν nemini probari confido. cf. Bernardus in epist. ad Bentl. p. 160 edit. Friedem. Nullam enim equidem video causam, cur ita legamus; immo alterum multo praestat, praesertim cum in eo Aristophanes per magnam fabulae partem versetur, ut dithyrambicorum ἀεροδονήτους καὶ νιφοβόλους ἀναβολὰς rideat ac perstringat. Neque usus hujus vocis est insollemnis, ἠεροφοῖτις ἐρίνυς legitur apud Hom. Il. ι, 571; τ, 87; ἀεροφοῖτος κύων de aquila ipse dixit Aristoph. Ran. v. 1326, forsitan ludens in hac voce. — Reliqua alius alio modo restituit. Valkenaer. ad Hippolyt. 78 conjecit ἀστέρ᾽ ἀείδομεν. Leviore medela Toupius opusc. II, p. 85 scripsit μείνωμεν pro μείνομεν. Recte quidem, multo enim praestat conjunctivus qui est adhortantis, quam indicativus aoristi qui est narrantis, in carmine scilicet lyrico. Illud vero maxime mirum videri debet, quod praeter Toupium omnes corruptam Suidae lectionem λευκοπτέρυγα receperunt, ἀελίου ἀστέρα nempe conjungendum solemque intelligendum esse putabant. Quam quidem sententiam nulla alia re sustentari video, nisi quod ita cumulatis epithetis augetur dithyrambicus tumor. Sed scholiastae auctoritatem non temere spernendam esse censeo, praesertim cum ipsa sententiae ratio eam tueri videatur. Locus enim Ari-

stophanis hic est: Trygaeus scarabeo invectus ubi e caelo rediit, quaerit ex eo famulus

fam. οὐκ ἦν ἄρ' οὐδ' ἃ λέγουσι κατὰ τὸν ἀέρα
ὡς ἀστέρες γινόμεθ' ὅταν τις ἀποθάνῃ;
Tr. μάλιστα. fam. καὶ τίς ἐστιν ἀστὴρ νῦν ἐκεῖ;
Tr. Ἴων ὁ Χῖος ὅσπερ ἐποίησεν πάλαι
ἐνθάδε τὸν ἀοῖόν ποθ' ὥστε γ' εὐθέως
ἀοῖον αὐτὸν πάντες ἐκάλουν ἀστέρα.

Videri possit famulus verbis illis καὶ τίς ἐστιν ἀστὴρ νῦν ἐκεῖ; solem significare atque adeo digito indicare, quippe cum aliae in caelo stellae tum apparerent nullae. Ad quae respondeo: primum parum apte comicus Ionem in solem esse conversum scripsisset, cujus splendidum sanctissimumque lumen Phoebi fabulis nimis celebratum erat; deinde hominum animas non dicit famulus in stellas migrare, sed novas stellas evadere, quod quidem licet in reliquis quoque stellis offendat, in sole ineptissimum foret. Quod vero nullae aliae stellae in caelo apparebant, non urgendum esse puto, cum ad risum movendum sufficeret famulum quasi digito stellam indicare. Retineamus igitur lectionem scholiastae λευκῇ πτέρυγι πρόδρομον, atque ἀοῖον ἀστέρα non solem sed diurnam stellam, ut cum Plauto loquar, sive Luciferum intelligamus; sive enim verba sive argumentum spectas, dignus est qui conferatur cum nostro locus Plauti in Menaechmis I, 2, 62:

Inde usque ad diurnam stellam crastinam potabimus.

Idemque enim sed verbis paulo sublimioribus dixisse Ionem censeo, et fuisse carmen hoc compositum in convivium amicorum laetitiae indulgentium. Haec

praestare nunc mihi videtur sententia altera, quam olim fovebam, hymnum scilicet esse in Bacchum a choro cantatum, cum Bacchus *νυχιῶν ἀστέρων χόρηγος* (cf. Sophocl. Antig. v. 1133 ed. Herm.) nocturnis choreis celebraretur. cf. Aristoph. Ran. 346; 373. ed. Inv. Euripides Helena v. 1381. Sic itaque lego et cum Bernhardo verto:

Ἀοῖον ἀεροφοῖταν	— —́ ⏑ —́ ⏑ ⏑ — —
ἀστέρα μείνωμεν ἀελίου	—́ ⏑ ⏑ — —́ ⏑ — ⏑ ⏑ —
λευκῇ πτέρυγι πρόδρομον	— —́ ⏑ ⏑͡⏑ ⏑ ⏑͡⏑

Matutinum per aerem gradiens
astrum praestolemur, solis
candenti alae praecurrens.

Ceterum in illis comici verbis:

οὐκ ἦν ἄρ' οὐδ' ἃ λέγουσι κατὰ τὸν ἀέρα
ὡς ἀστέρες γινόμεθ' ὅταν τις ἀποθάνῃ.

alium praeterea lusum latere puto. Haec enim dubium vix esse potest quin ad pythagoricam*) vel similem philosophorum doctrinam de transmigratione animarum referantur, et ad *λέγουσι* philosophi potius intelligantur quam vulgus, cujus de hujusmodi opinione non memini proditum quidquam legere. Ionem vero huic doctrinae non mediocriter deditum fuisse neque pauca ejusmodi scripsisse et supra proposuimus et infra aliis praeterea argumentis confirmabimus; neminem igitur latere puto, quare Ionem potissimum eligeret comicus, quem in stellam conversum esse diceret.

---

*) cf. Diog. Laert. VIII, § 27. de hac Pythag. doctrina: *ἥλιόν τε καὶ σελήνην καὶ τοὺς ἄλλους ἀστέρας εἶναι θεούς κ. τ. λ.*

2.

Athen. II, 35, e. Ἴων δὲ ὁ Χῖός φησιν·

Ἄδαμον παῖδα ταυρωπὸν νέον οὐ νέον
ἥδιστον πρόπολον βαρυγδούπων ἐρώτων
οἶνον ἀερσίνοον ἀνθρώπων πρύτανιν.

∪ ∪ ´– ´– ∪ – – ´– ∪ ∪ – ∪ ∪̄
´– – ´– ∪ ∪ – ∪ – – ´– ∪ – –
´– ∪ ∪ – ∪ ∪͡∪ ´– – ´– ∪ ∪ ∪̄

Versus primus incipit per anapaestum, qui est pro basi, sequitur trochaica dipodia gravis et clauditur rythmo logaödico; secundus per graviorem incipiens basim, spondeum scilicet, transit in logaödicum, clauditur dipodia trochaica gravi; tertius ex duabus constat partibus, quarum prior est rursus logaödicus sine basi, alter dactylicus catal. cum basi.

Pro inaudita forma ἄδαμον Casaubonus ex Hesychio restituit ἄδαμνον; sic enim Hesych. v. ἀδαμνὸν, ἀγνώμονα ἢ πρώτοδαμνον. Phavorinus hic addit: — ἀδαμναῖς ἀκολασταίναις. — ἀδαμνὴς, ἰσχυρὸς, σκληρός. Equidem tamen alteram formam damnare non ausim, licet apud nullum alium scriptorem legatur. Certior altera Casauboni est emendatio ἀερσίνουν pro ἀερσίπνουν quod in libris exstat. Sic enim Panyasis apud Athen. II, 36, b. δειδία μὴ σ'ὕβρις ἐνὶ φρεσὶ θυμὸν ἀέρσῃ, et ἀερσίφρων exhibet Etym. Magn. Contra ἀερσίπνουν quid hoc loco sibi velit, vix intelligitur. — De voce ταυρωπὸς, apud alios ταυρομόρφος, cognomento Bacchi conferendus est Athen. II, 38, e. XI, 476, a. Plutarch. de Iside tom. IX, c. 35, p. 149. ed. Hutt. Sic Ovidius Metam. IV, 18:

tum puer aeternus, tu formosissimus alto
conspiceris caelo, tibi, *cum sine cornibus adstas*,
virgineum caput est.

νέον οὐ νέον oxymoron mirifica vi, puerum aetate quidem et forma vocat, non tamen viribus. — *βαρύγδουποι ἔρωτες*, amores tumultuantes, quorum scilicet auctorem Bacchum esse constat, sine Baccho enim friget Venus. Eudocia p. 123. *ἐρίβρομον δὲ προσέτι καὶ ἐριβρεμέτην προσαγορεύουσιν* (*τὸν Διόνυσον*) *ἢ διὰ τὰς τῶν μεθυόντων κραυγάς κ. τ. λ.* Respicit poeta morem illum tum Graecorum tum juvenum Romanorum, qui e convivio per vias vagantes januas amorum suorum obsidebant vel adeo effringebant.

3.

Philo, quod omnis probus liber, edit. Mangey. II, p. 466, 31. „*τοῦ δὲ περὶ τοὺς ὄρνιθας ἐναγωνίου μέμνηται καὶ ὁ τραγικὸς Ἴων διὰ τούτων·*

οὐδ᾽ ὅγε σῶμα τυπεὶς διφυεῖς τε κόρας ἐπιλάθεται ἀλκᾶς,
ἀλλ᾽ ὀλιγοδρανέων φθογγάζεται·
θάνατον δ᾽ ὅγε δουλοσύνας προβέβουλε.

´ ◡ ◡ — ◡ ◡ — ◡ ◡ — ◡ ◡
´ ◡ ◡ — ◡ ◡ — —
´ ◡ ◡ — ◡ ◡ — — ´ ◡ —
◡ ◡ ´ ◡ ◡ — ◡ ◡ — ◡ ◡ — ◡

ὀλιγοδρανέων forma sumpta de Homero, apud quem bis terve occurrit Il. XV, 246. XVI, 843., cum simili verbo *ὀλιγηπελέων*; utramque scholiasta explicat *ὀλίγον ἔχων τὸ δρᾶν* et *ὀλίγην ἔχων τοῦ πέλειν μοῖραν*. adjectivo *ὀλιγοδράνεες* usus est Aristoph. Av. 587. Grotius locum ita corrigere conatus

ἀλλ οὐδ' ὅγε σῶμα τυπεὶς διφυεῖς τε κόρας ἐπιλάθεται ἀλκᾶς.
ἀλλ' ὀλιγοδρανέων φθεγγάζεται θάνατον· θάνατον
δ' ὅγε δουλοσύνας προβέβουλε.

et sententiam et metrum pessumdedit. Videtur enim poeta in hoc carmine animum in certamine invictum hominis comparasse cum gallo gallinaceo, qui quamquam vulneribus plurimis affectus fessusque corpore, canit nihilominus et mori honeste quam servire mavult. Neque igitur in his Ionis verbis de duobus gallis gallinaceis est sermo, id quod videtur putasse Grotius, neque verba *φθογγάζεται θάνατον* ita commode possunt intelligi, ut gallus suam ipse mortem cantu significet, quare *θάνατον* male a Grotio additum esse contendi. —

Versus duo priores habendi sunt postrema pars systematis dactylici; alter enim est dactylicus tetrameter acat., cui additur clausulae loco ejusdem generis trimeter catal. in disyll.; sequitur versus dactylicus trimeter catal. in disyll., qui clauditur cretico; postremus est idem versus dactyl. tetramet. catal. in disyll., sed qui ob duplicem anacrusim similis est anapaestico.

Ceterum ex carmine lyrico haec esse sumpta, sponte apparet, neque certamen ut dixi gallorum gallinaceorum his describi, quemquam posset fugere, etiamsi Philo non indicasset. Quare non alienum esse ab hoc loco videtur, de more hujusmodi certaminum tum apud Graecos tum apud Romanos sollemni pauca conferre, praesertim cum similitudinem hac in re maximam Atheniensibus cum Anglis nostrae aetatis populo intercedere videamus. Invictam enim illam gallorum pertinaciam et victoriae cupiditatem veteres nequaquam fugisse multis ex locis veterum scriptorum constat, immo Athenienses, de reliquis enim non aeque notum est, huic

spectaculo non minorem dabant operam, quam hodie ab Anglis fieri videmus. Sollemnis puerorum erat ludus *τὸ ὀρτυγοκοπεῖν*, quod quale fuerit docet Suidas s. v., item Pollux 9, 7, p. 1095. Aristoph. Av. 1297. Verba scholiastae ad Alcibiad. I, §. 34 haec sunt: *οὗτος (ὁ Μειδίας) ἐπὶ κύκλῳ τοὺς ὄρτυγας παριστὰς κόπτειν αὐτοὺς ἀλλήλους ἐδίδασκε.* Sed non pueri solum, verum etiam adulti huic studio indulgebant non mediocriter. Plato legg. lib. 7, p. 789, b. *τρέφουσιν οὐ μόνον παῖδες ἀλλὰ καὶ πρεσβύτεροί τινες ὀρνίθων θρέμματα ἐπὶ τὰς μάχας τὰς πρὸς ἄλληλα ἀσκοῦντες τὰ τοιαῦτα τῶν θηρίων. — πρὸς τούτοις λαβόντες τοὺς μὲν ἐλάττονας εἰς τὰς χεῖρας μείζους δ' ὑπὸ τὴν ἀγκάλην ἐντὸς πορεύονται περιπατοῦντες σταδίους παμπόλλους ἕνεκα τῆς εὐεξίας τῆς τούτων τῶν θρεμμάτων.* Haec de coturnicibus puerorum vel adolescentum, celebriora vero certamina erant gallorum gallinaceorum, quae publice quotannis edebantur Athenis in theatro. Sic enim Aelian. var. hist. II, 28: *Μετὰ τὴν κατὰ τῶν Περσῶν νίκην,* inquit, *Ἀθηναῖοι νόμον ἔθεντο ἀλεκτρυόνας ἀγωνίζεσθαι δημοσίᾳ ἐν τῷ θεάτρῳ μιᾶς ἡμέρας τοῦ ἔτους κ. τ. λ.* Eadem tradit Eustath. ad Il. p. 740., item Philo l. c. qui pro Themistocle, quem reliqui perhibent, Miltiadem laudat certaminis instituti auctorem. cf. Stobaeus p. 367. Lucianus de gymnasiis Solonem ita loquentem facit: *καίτοι τί ἂν πάθοις εἰ θεάσαιο καὶ ὀρτύγων καὶ ἀλεκτρυόνων ἀγῶνας παρ' ἡμῖν καὶ σπουδὴν ἐπὶ τούτοις οὐ μικράν; ἢ γελάσῃ δηλόνοτι, καὶ μάλιστα ἢν μάθῃς ὡς ὑπὸ νόμῳ αὐτὸ δρῶμεν, καὶ προτέτακται πᾶσι τοῖς ἐν ἡλικίᾳ παρεῖναι καὶ ὁρᾶν τὰ ὄρνεα διαπυκτεύοντα μέχρι τῆς ἐσχάτης ἀπαγορεύσεως.* Haec ad certamina galli gallinacei a lanistis velut gladiatores alebantur atque

edocebantur in tabulato e ligno structo. cf. Petitus legg. att. p, 84. Aeschines in Timarch. οὐκ ἐνουθέτησαν ἑαυτὸν οὐδὲ βελτιόνων διατριβῶν ἥψατο, ἀλλὰ διημέρευεν ἐν τῷ κυβείῳ, οὗ ἡ τηλία τίθεται καὶ τοὺς ἀλεκτρυόνας συμβάλλουσι καὶ κυβεύουσιν. Τηλία ab Etymol. Magn. 756, 57. explicatur: πῆγμα τετράγωνον ἐφ' οὗ ἤτοι τὰ ἄλευρα πιπράσκεται ἢ ἀλεκτρυόνες συμβάλλονται. Non vero contenti iis armis, quae natura his avibus dedit, aeneis calcaribus (πλήκτροις Aristoph. Av. 760.) eos lanistae instruebant atque ad pugnam adianto vel allio accendebant, quod vocatur σκοροδίζεσθαι. cf. Phavor. v. ἐσκοροδισμένος. Aristoph. Eq. 491. Av. 165., de allio cf. Xenoph. sympos. 648 ed. Bas., de adianto Dioscorid. lib. IV, 36, p. 292. Plinius h. n. 22, c. 21 sect. 30. — Praeterea de certaminibus avium et gallorum gall. tum apud Graecos tum apud Romanos uberius disputat Beckmann Geschichte der Erfindgg. tom V, p. 446, cui quidem apud Romanos coturnicum solum videntur, apud Graecos gallorum gallinaceorum certamina in usu fuisse. Dubitat enim num ludus ille coturnicum pugna vera fuerit. De Romanis, a quibus sub imperatoribus demum mos iste videtur esse receptus, cf. Plutarch. apophtem. p. 207. ed. frankof. vita Antonini p. 930. Marc. Antoninus τῶν εἰς ἑαυτὸν I § 6 ed. Gatak. Herodian. III, 10, 4, p. 150. Aelian. hist. anim. IV, 1. — Quae cum ita sint, non opus erat, ut Lange vind. trag. Rom. ad demostrandam sententiam illam, spectacula gladiatoria tragicae Romanorum poesi non admodum obfuisse, ad Anglos et Hispanos confugeret, quippe argumenta ex ipsis tragoediae inventoribus peti poterant.

4.

Pausanias, V, 14, 9 ed. Coray. Ionem tradit hymnum fecisse in *Καιρόν*, in quo eum natu minimum Jovis filium esse scripserit; verba ejus haec sunt:

Ἴωνι δὲ οἶδα τῷ Χίῳ καὶ ὕμνον πεποιημένον Καιροῦ· γενεαλογεῖ δὲ ἐν τῷ ὕμνῳ νεώτατον παίδων Διὸς Καιρὸν εἶναι.

5.

Schol. parisin. ad Apoll. Argon. I, v. 1165. *Καὶ Ἴων δὲ ἐν τῷ διθυράμβῳ ἐκ τοῦ πελάγους φησὶ μεταβληθέντα τὸν Αἰγαίωνα ἀναχθῆναι εἰς τὸν Ὀλυμπὸν φυλάξοντα τὸν Δία· εἶναι δὲ αὐτὸν θαλάσσης υἱόν.* — Schol. vulg. *καὶ Ἴων φησὶν ἐν διθυράμβῳ ἐκ μὲν τοῦ πελάγους αὐτὸν κατακληθέντα ὑπὸ Θέτιδος ἀναχθῆναι φυλάξοντα τὸν Δία Θαλάσσης υἱόν.* Eadem fere leguntur apud Eudociam Villois. I, p. 29. *περὶ Αἰγαίωνος*, nisi quod *παρακληθέντα* et *Θαλάσσης δὲ παῖδα* mutat. cf. Eudocia p. 91, ubi repetuntur eadem de Briareo. Aegaeonem et Briareum esse eundem docemur ex Il. *α*, v. 403 et 404.

6.

Aristophanes grammaticus in argumento Antigonae Sophocl. haec scribit:

Στασιάζεται δὲ τὰ περὶ τὴν ἡρωΐδα ἱστορούμενα, καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτῆς Ἰσμήνην, ἅς ὁ ἐν τοῖς διθυράμβοις καταπροισθῆναί φησιν ἀμφοτέρας ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἥρας ὑπὸ Λαοδάμαντος τοῦ Ἐτεοκλέους.

b. Elegiaca.

1.

Athen. X, 447, d. *Τῷ δ' ἡμετέρῳ χρόνῳ* (*χορῷ* Dindorf. corrigit) *οἶνος φίλος ὢν θυρσοφόροις μέγα πρεσβεύων Διόνυσος*, φησὶν ὁ Χῖος Ἴων ἐν τοῖς Ἐλεγείοις·

αὕτη γὰρ πρόφασις παντοδαπῶν λογίων,
αἵ τε Πανελλήνων ἀγοραὶ θαλίαι τε ἀνάκτων
ἐξ οὗ βοτρυόεσσ' οἰνὰς ὑποχθόνιον
πτόρθον ἀνασχομένη θαλερῷ ἐξήψατο πήχει
αἰθέρος· ὀφθαλμῶν δ' ἐξέθορον πυκινοὶ
παῖδες φωνηέντες, ὅταν πέσῃ ἄλλος ἐπ' ἄλλῳ
πρὶν δὲ σιωπῶσιν. παυσάμενοι δὲ βοῆς
νέκταρ ἀμέλγονται μόνον ὄλβιον ἀνθρώποισι,
ξυνὸν τοῦ χαίρειν φάρμακον αὐτοφυές·
τοῦ θαλίαι φίλα τέκνα φιλοφροσύναι τε χοροί τε·
τῶν ἀγαθῶν βασιλεὺς οἶνος ἔδειξε φύσιν.
ποῦ σὺ πάτερ Διόνυσε φιλοστεφάνοισιν ἀρέσκων
ἄνδρασιν εὐθύμων συμποσίων πρύτανι,
χαῖρε. δίδου δ' αἰῶνα καλῶν, ἐπιήρανε, ἔργων,
πίνειν καὶ παίζειν καὶ τὰ δίκαια φρονεῖν.

Primum quaeritur, quae ex illis metro solutis Ionis quaeve Athenaei sint habenda. Casaubonus quidem, quo erat acumine atque usu, hunc ex iis eruit versum:

θυρσοφόροισι φίλος μέγα πρεσβεύων Διόνυσος

nil monens, num hoc initium totius carminis fuisse censeat, quippe difficile erat dijudicare. Brunkius Casaubonum secutus voce οἶνος et ὤν ejecta per illum versum carmen inchoandum esse censet, contra Schweigh. alia antecessisse sibi videri dicit, quod mihi non persuadetur. Licet enim non negem, obiter verba spectanti etiam reliqua videri poetae esse tum οἶνος ὤν tum τῷ δ' ἡμετέρῳ χορῷ (sic enim legendum) unde facile principium versus heroici potest fingi: ἡμετέρῳ δὲ χορῷ; tamen a Casaubono constitutus ille verborum ordo tam aptum principium praebet, ut vix quidquam possit desiderari. Quare Athenaei verba sic explico, ne participium ὤν offendat: Nostro choro vinum cum sit „amicus thyrsigeris magnopere dominans Bacchus;“ inquit

lon, etc.; quae vero loco apodosis addere in animo erat, propter fragmentum paulo longius interpositum omisit Athenaeus — dat. θυρσοφόροις pendere ab adjectivo φίλος, non a partic. πρεσβεύων sensus prodit. — In versu secundo Jacobsius Ionem suspicatur scripsisse ἀρχὴ καὶ πρόφασις, et in tertio αἶγε pro αἶτε, quae ingeniosa quidem conjectura vereor ut indoli sermonis satis sit accommodata. Inprimis enim in hoc carmine animadverti oportet Homericam vel ionicam quandam structurae libertatem sive gratam negligentiam, quam tum argumento tum carmini elegiaco aptissimam ne ad severiores leges revocemus cavendum est. — λογίων vocis explicatio sane est difficillima, significationem enim hoc loco ei inesse prorsus singularem recte senserunt interpretes. Schweighaeuserus τὰ λόγια res praeclaras et memorabiles sive τὰ λόγου ἄξια, ἐλλόγιμα significare censet, quam significationem neque exemplo neque analogia firmare possis. Audiamus igitur lexicographos: ab aliis velut a Phavorino explicatur, λόγιος per φρόνιμος, ὁ τῆς ἱστορίας ἔμπειρος, πεπαιδευμένος ἢ πολλὰ εἰδώς, ὁ διαλεκτικός; ab aliis ut a Phrynicho Lobeck. p. 198 per *facundus*. λόγιον ἀττικῶς τὸ χρησμῴδημα scribit Eustath. 233, 37. 1426. 64. — λόγια θέσφατα, μαντεύματα, φυτεύματα (sic), φῆμαι, χρησμοί. Phavor. et Hesych. — καὶ τὰ λόγια τὰ παρὰ θεοῦ λεγόμενα καταλογάδην, χρησμοὶ δὲ οἵτινες ἐμμέτρως λέγονται. Phavor. et Suidas. Ex his satis apparet inde explicationi Schweighaeuseri nullam accedere auctoritatem. Primaria igitur vocis λόγιον haec est notio, ut significet quodcunque sermone pedestri pronuntiatur sive narratur, oppositum ἀοίδῃ; sicut λόγιος inde abit in significationem ejus, qui historiae est gnarus, multa tenet

atque facunde proferre potest, sic λογια ejusmodi sunt narratiunculae atque historiolae lepidae hilaresque, quales sermocinationes maxime inter convivia fieri et ab Ionibus potissimum amatas fuisse constat. Sic mirifice conveniunt παντοδαπὰ λόγια iis quae sequuntur ἀγοραῖς et θαλίαις; sic etiam παντοδαπὰ vim suam obtinet, quod adjectivum Schweighaeusero parum commode appositum esse videbatur. Neque hoc languidum, quod idem V. D. voluit, debet videri, quia scilicet magnum aliquid et grave initio nominaturus fuisset poeta. Omnino enim ejusmodi non habendum est carmen, ut magna atque gravia de Baccho praedicare voluerit poeta, sed dulcissimo gratissimoque carmine auctorem eum canit omnium, quae ad vitam laetam jucundamque pertineant reddendam. — v. 3. αἴ τε. copula ut modo dixi mirificam hic habet vim. Ceterum dignus est qui cum nostro conferatur locus Panyasis apud Athen. II, 37, a. de vino loquentis:

ἐν μὲν γὰρ θαλίης ἐρατὸν μέρος ἀγλαΐης τε.

θυσίαι θαλίαι τε conjunxit Aristoph. Nub. 307. ed. Invern.

versu 4 et 5 quae sequuntur, interpretibus largam conjiciendi argutandique copiam fecerunt. Librorum scripturam ἐπτήξατο vel ἐπήξατο Casaubonus mutavit in ἐπτύξατο, neque tamen genitivum αἰθέρος explicavit, quem ex verbo illo non posse pendere omnes consentiunt. Jacobsius itaque περιπτύξατο scriptum fuisse suspicatus est, quod cum non multo faciliorem genitivi explicationem admittat, jungitur enim cum accusativo casu, cf. Sophocl. Antig. 877, ed. Herm., vel propter neglectam *positionem* ferri nequit. Alia sed ut equi-

dem arbitror multo infeliciore ratione Schweigh. locum conatus est sanare. Hic quidem vitium in voce αἰθέρος latere ratus pro ea αἴγιρον scribere inclinat, quamquam de correpta hujus vocis penultima et ipse dubitat. Simili modo δένδρεα jam proposuerat Jacobsius. Sed quicunque accuratius sensum spectaverit, αἰθέρος non aptissimum atque adeo necessarium putare non poterit. Poetam enim vitem quasi ἔαρος παῖδα vivam et animatam fingere, quae primum sub terra abscondita, postquam in lucem provenit, omnium bonarum rerum mater evaserit, nemo non videt. Quod qui concesserit, non poterit quin voces αἰθέρος et ὑποχθόνιος oppositas sibi quodammodo esse censeat. Quare cum αἰθέρος mutare non liceat, verbum ἐπτήξατο huic accommodetur necesse est, quod faciliore medela fieri vix poterit quam scribendo ἐξήψατο. Sensus hic est: ex quo uvosa vites terra absconditum germen sustinens sive tollens tenera ulna attigit aethera vel se suspendit ex aethere etc. Hic enim est usus et potestas verbi ἐξάπτειν, cujus pauca tantum afferam exempla: Herodes in mimiambis apud Stob. flor. tit. 78, p. 335 ed. Grot.

ἢ μηλολόνθης ποσσὶν ἅμματ' ἐξάπτων.

Plutarch. Themist. p. 268. Θεμιστοκλῆς τὴν πόλιν ἐξῆψε τοῦ Πειραιῶς καὶ τὴν γῆν τῆς θαλάττης. Euripid. Bacch. v. 24. νεβρίδ' ἐξάψας χροός. Herod. I, 26. ἐξάψαντες ἐκ τοῦ νηοῦ σχοινίον ἐς τὸ τεῖχος. — Hiatus ante hoc verbum ut saepissime apud epicos arsi tollitur. — πτόρθον ἀνασχεῖν dixit Euripid. Medea v. 463. — πρὶν δὲ σιωπῶσιν, ne scribendum putes πρίν γε, est enim πρὶν hic pro adverbio „antea vero silent," et totus locus praeclarum exemplum epicae sive ionicae μακρολογίας. —

v. 8. *νέκταρ' ἀμέλγονται* ex Homero sumpsit Il. δ, 434. *ἀμελγόμενοι γάλα λευκόν*. Jacobsius ad hunc versum: Miror, inquit, neminem in *μόνον* haesisse nec epithetorum, quibus hi versus onerantur, abundantiam vitii suspicionem movisse; legendum puto *πότον ὄλβιον*." Haec Jacobsius, quibus non puto labefactari Casauboni explicationem hanc: *μόνον* cum *φάρμακον* conjungendum, stillant uvae nectar, quod solum est mortalibus commune remedium ad laetitiam ingenuam et nulla arte compositam. Alludit enim noster ad Odyss. δ, 220. Pluribus haec explanat Schweigh., vinum *μόνον* ipsum per se solum hominibus est remedium ad laetitiam, *αὐτοφυές*, quod sua natura hanc vim habet, nec indiget injecto extrinsecus nepenthe; estque abundans et copiosum et commune hominibus, non ut nepenthes paucis exigua quadam copia suppetens.

v. 11. Jacobsius: copula desideratur nec video cur vinum bonorum pectora magis quam malorum dicatur recludere. Ion scripsisse videtur *τῶν δ' ἀνδρῶν*." Sed hac emendatione nihil frigidius. Primum ut de sensu dicam, non satis poetam intellexisse mihi videtur Jacobsius, qui verba illa *ἔδειξε φύσιν* de recludendis pectoribus (cf. Horat. od. III, 5.) solum sumenda putavit. Hoc potius poetam dicere persuasum habeas: Hujus vini cari sunt liberi commissationes, ingenua laetitia et chori, iisque bonorum naturam rex Bacchus ostendit, quippe cum boni solum hujus Bacchi muneribus, *θαλίαις φιλοφροσύναις τε χοροῖς τε*, delectentur. Quare boni, quia his rebus indulgent, naturam suam esse bonam produnt; mali vero procul abesse finguntur his ludis, nullus igitur de iis est sermo. Sic etiam copulam nemo opinor jam desiderabit, non enim poeta ad

[illegible] omnemque [illegible] transiit, neque ad eam [illegible] explicandi causa [illegible]

[illegible] carmen hoc [illegible] ex eo in- [illegible] cognosci. Quod [illegible] quae ex multis [illegible] e universa ejus [illegible] ratione, [illegible] Hinc simili- [illegible]

[illegible]

[illegible] ἄλλων κυδρότεροι κεῖται.

Operae [illegible] est cognoscere, quae Jacobsius de [illegible] monuit; quare verba ejus ipsa huc [illegible] gravabor. „Heroes, quibus poeta libari [illegible] agi significare videntur. Ibi enim Her- [illegible] et Persei progenies praecipuo honore [illegible] Quis ille Procles sit, ignoro equidem, [illegible] Procle Her[illegible], cujus progenies Spartae [illegible] Apud [illegible] gentis Heraclidarum [illegible] festus dies celebrari

convivio familiarium. Versu primo *βασιλεὺς* intelligitur *Διόνυσος*, nisi forte regem Spartanorum intelligendum ejusque in honorem Spartae convivium institutum esse quis censet. In versu secundo pro *οἰνοχόοι* Bentlejus posuit *οἰνοχόοι*, qua correctione non opus est. Sequentes duo versiculi interpretes criticosque valde exercuerunt. Bentlejus in epistola ad Mill., cf. ejusdem epistoll. edit. Friedem. p. 130 et 160., pro *χρυσὸς* reponit *ἕκαστος*, et praeterea corrigit *χειροῖν ἰζέτω*, quorum alterum *ἕκαστος* flagitari videtur sequenti plurali *σπένδοντες*, alterum *ἰζέτω* quia grammatici *νίζω κατὰ τὴν Ταραντίνων γλῶσσαν τὸ κοινῶς νίπτω* esse tradunt cf. Eustath. 824, 31. Phavorin. 251, 2. Eandem ob causam Weston Hermes. p. 40. proposuit *εἰβέτω*. Vulgatam lectionem tutatus est Toupius, mutata solum voce *χρυσὸς* in *Χρύσης* nom. prop., qui scilicet sacerdos vel praeses convivio moderetur. Habet sane haec mutatio, quo commendetur, studiosissimus enim Homeri poeta noster imitari potuit Il. α, 462, quo loco Chryses sacra ferens dicitur *ἐπὶ δ' αἴθοπα οἶνον λεῖβειν*. Vertendum igitur esset: hic vero (ὁ δὲ) Chrysis vices sustinens vinum effundat etc. Similiter Eubulus apud Athen. XI, 478, c, ἐν Ὀδυσσεῖ ἢ *Πανόπταις*·

ὁ δ' ἱερεὺς εὐήγορος
ἐν μέσοις αὐτοῖσιν ἑστὼς τὴν καλὴν σκευὴν ἔχων
οἶνον ἐξέσπενδε κοτύλῳ.

Neque sacerdotis persona ab hoc sacro et in honorem herois instituta compotatione abhorret, nisi quod nomen Chrysis pro sacerdote positum insollemne possit videri. Exempla certe desunt. Hoc tamen negari non potest, transire ita poetam minus commode ad sequentia, quia sacerdos ubi jussus est libare continuo addit:

σπένδοντες δέ. — Toupium secutus est Brunckius, in Bentleji sententiam abiit Jacobsius, hic quidem ita scribens:

κιρνάντων· προχύταισι δ' ἐν ἀργυρέοισιν ἕκαστος
οἶνον ἔχων διερὸν νιζέτω εἰς ἔδαφος.

quae verborum dispositio refutatur alio ejusdem Athenaei loco XI, 486, c. ubi haec tantum leguntur: Ἴων δ' ὁ Χῖος ἐν ἐλεγείοις·

ἡμῖν δὲ κρητῆρ' οἰνοχόοι θέραπες
κιρνάντων προχύταισιν ἐν ἀργυρέοις.

praepositio ἐν, ob quam videri possit opus esse transpositione, hoc loco est instrumentalis, cf. Matthiae Gr. Gr. § 396 Anm. 2., et quos laudat Bernhardy Wiss. Synt. p. 213, Anm. 93.

De reliquis vero ut dicam quod sentio, non opus esse conjecturis neque emendatione censeo, quamquam explicatio mea certo scio fore ut multis quaesita videatur. Equidem enim ὁ δὲ χρυσὸς sanum esse atque poculum aureum intelligi dico, cum προχ. ἐν ἀργυρέοις et ὁ δὲ χρυσὸς manifesto sibi opponantur. Compotationem lautissimam splendidissimamque fieri postulat poeta, servos igitur jubet sive pueros argenteis cyathis miscere vinum atque ministrare, dum ipsorum convivarum in manibus aurum sive aureum poculum evacuetur. Haec enim dicit: nobis vero cratera ministrantes pueri miscento cyathis argenteis, aurum vero vinum continens de manibus destillet in pavimentum. χειρῶν genitivus „de manibus" si cui insollemnis esse videatur, eum ad grammaticos ablego Matth. § 354, ζ. Bernhardy p. 137, a. Exemplum, quod cum nostro loco conferri possit, laudat Buttmannus Arati Phaenom. v. 185. ποδὸς ἐς πόδα

τείνει. — νίζειν εἰς ἔδαφος de libatione intelligendum est, cave cogites de Horatiano „tinguere pavimentum." Ceterum quod Eustathius et Phavor. alii νίζειν doricae dialecti esse tradunt, tantam religionem nobis incutere non debet, cum etiam epicos ea usos esse videamus, cf. Odyss. ζ, 224. Haec dudum scripseram, cum forte in manus meas inciderunt epistolae Bentleji, quas edidit Friedemannus, in quibus p. 160. reperi novam Bernardi cujusdam sententiam. Is enim locum ita corrigit: ὁ δὲ χρυσὸς οἶνον ἔχων Χῖον νιζέτω εἰς ἔδαφος, et vertit: aureum autem poculum quod vinum fert patrium aut Chium ad fundum evacuetur, eluatur et aspergatur. Ut de reliquis taceam, quomodo e verbo νίζειν passiva haec significatio erui possit, equidem ignoro; νίζειν εἰς ἔδαφος nihil aliud esse potest nisi stillare in terram. Conferas quaeso quae contra disputavit Bentlejus in eodem libro p. 130. —

v. 8. Recte monuit Schweighaeuserus, obscurum esse, utrum ad Bacchum an ad regem convivii referendum sit verbum ἄρχε. Locum tamen accuratius examinanti posterius verum videri debet. Bacchum enim postquam in initio salutavit, cum singulos convivas ad laetitiam et ad pocula exhortaretur, non potuit apte iterum quasi obiter et nomine non apposito jubere benigne praeesse convivio. Ita etiam Schweigh. videtur sensisse; sed quod praeterea conjicit, juvenem fortasse in sodalium numero unum fuisse, qui haud ita pridem duxisset formosam uxorem, ad quem nunc regnum deferatur compotationis, non intercederem, nisi postrema addidisset. Nequaquam enim verba ὅντινα δ' εὐειδὴς κ. τ. λ. ad eum possunt referri, quem jubet poeta ἄρχειν φιλοφροσύνης, nisi forte ὅντινά γ' scribendum esse

quis censet. Haec igitur dicit poeta: Bibamus, ludamus, eat per noctem cantus, saltet aliquis, lubens (ad regem conversus ita jubet) praesis laetitiae; quem vero manet formosa conjux, ille prae ceteris poculis indulgeat. Ceterum non satis aperte dixit poeta, utrum juvenis ille jam duxerit uxorem, an etiam ducturus sit. — v. 10. κυδρότερον. cf. supra fragm. 4. Eurytidarum fabulae. Hesych. v. explicat per ἔνδοξος, γαυριῶν, πεποιθώς, est igitur confidentius sive fortius; sic Xenophanes eleg. apud Athen. X, 414, a. κυδρότερον προσορᾶν.

3.

Euclides introduct. harmon. ed. Meib. p. 19. ἐπὶ μὲν οὖν τοῦ φθόγγου χρῶνται τῷ ὀνόματι (τόνος sc.) οἱ λέγοντες ἑπτάτονον τὴν φόρμιγγα καθάπερ Τέρπανδρος καὶ Ἴων, ὁ μὲν γάρ φησιν κ. τ. λ. ὁ δὲ ἐν δεκαχόρδῳ λύρᾳ·

— — τὴν δεκαβάμονα τάξιν ἔχουσα
τὰς συμφωνούσας ἁρμονίας τριόδους.
πρὶν μέν σ' ἑπτάτονον ψάλλον διατέσσαρα πάντες
Ἕλληνες σπανίαν μοῦσαν ἀειράμενοι.

quae sic vertuntur:

decimus tibi psallitur ordo
concentuque placent harmoniae triplices,
omnes heptatonon diatessara te ante canebant
Graeci quis placuit rara camoena nimis.

Hoc carmen videtur fuisse inscriptum δεκάχορδος λύρα; veteres enim septem tantum fidibus intentas habuisse lyras, testis est Aristoteles problem. aliique. Sensus igitur hic est: Nunc tu, o cara lyra, decem intenta chordis consona harmoniae trivia resonas, antea te septem fidibus ornatam diatessara omnes Graeci pul-

sabant raram Musam amplexati. Harmoniae trivia, quae nostrates Terzen vocant, opponuntur sequenti voci diatessara, quae significat Quarten.

τάξις δεκαβάμων ordo fidium per decem qui assurgit, sive decem fidibus constat. Poetis quidem haec composita in βάμων desinentia valde adamata videntur fuisse: ῥήματα ἱπποβάμονα Aeschyli laudat Aristoph. Ran. 840. cf. Aeschyli Prometh. 804 στράτον ἱπποβάμονα. Supplices v. 262 ἱπποβάμοσι καμήλοις ἀστραβιζούσας. ibid. 287 ed. Schütz. τριτοβάμονος Sophocl. Trach. 1111. Euripid. Troad. 276 ed. Math. τετραβάμονος ὡς ὑπ' ἀπήνης ibid. 519. τετραβάμονι στόλῳ Orest. 980. quae reliqua ita componuntur λεοντοβάμων, διβάμων vel δίβαμος, μακροβάμων, βραχυβάμων, ἀεροβάμων recenset Lobeck. ad Phryn. p. 431.

4.

Diog. Laert. I, 120, vita Pherecydis. Ἴων δ' ὁ Χῖος περὶ αὐτοῦ φησίν·

ὣς ὁ μὲν ἠνορέῃ τε κεκασμένος ἠδὲ καὶ αἰδοῖ
καὶ φθίμενος ψυχῇ τέρπνον ἔχει βίοτον
εἴπερ Πυθαγόρης ἐτύμως ὁ σοφὸς περὶ πάντων
ἀνθρώπων γνώμας εἶδε καὶ ἐξέμαθεν.

In versu primo pro ὡς, sic enim legitur, Jacobsius scribendum censuit ζῶν, et in versu secundo ψυχὴ casu primo. „Etiam sequentis, inquit, distichi sensus imperfectus. Poetae mens: Si vera sunt, quae Pythagoras, quem omnes homines prudentia longe superasse constat, de mortalium sorte dixit, dubitari nequit, Pherecydem, qui dum viveret, fortis inprimis fuit et modestus, etiam post mortem vita beata frui.“ Mentem quidem poetae verissime expressit V. D., sed quomodo sensum imperfectum dicere potuerit, non assequor. Ne dicam de

mutatione illa, quam corruptelam potius quam correctionem esse vocandam judico, omnia recte habere censeo, modo particula ὡς notetur accentu. Haec enim postrema tantum carminis pars est putanda, non carmen ipsum. In iis, quae antecesserunt, poeta virtutes Pherecydis laudibus extulit atque celebravit, quae deinde hisce concluduntur: Ita (ὥς) hic quidem vir ornatus et virtute et modestia, etiam postquam mortuus est, animae jucundam degit vitam, si quidem Pythagoras omnium hominum sapientissimus ille, vere sententias sc. philosophicas intellexit et edoctus fuit. Non negaverim, etiam ὡς posse ferri, ita tamen, ut aut suppleatur ad κεκάσμένος verbum substantivum aut pro ἠδέ legatur verbi illius ionica forma ἦε; tum hic esset sensus: Sicut (vel quia) hic vir virtute ornatus fuit et modestia, (dum vixit scilicet,) etiam defunctus animae jucundam vitam degit. Sed hoc multo deterius est. Ceterum praeter alia argumenta hoc quoque carmine usi sumus ad probandum, Ionem nostrum doctrinam de anima Pythagoricam vel ipsam vel ei similem aliquam amplexatum fuisse, quam quidem sententiam hoc loco non opus est ut pluribus exponam.

5.

Plutarch. vita Thesei cap. 20. tom. I. p. 19. ed. Hutt. ἔνιοι δὲ καὶ τεκεῖν ἐκ Θησέως Ἀριάδνην Οἰνοπίωνα καὶ Στάφυλον, ὧν καὶ Ἴων ὁ Χῖός ἐστι περὶ τῆς ἑαυτοῦ πατρίδος λέγων·

Τήν ποτε Θησεΐδης ἔκτισεν Οἰνοπίων.

de Oenopione conferendi sunt Wesseling. ad Diodor. Sicul. tom. I. p. 394. 49. Pausan. VII, 4. Athen. I, 26, c. Θεόπομπος δέ φησι παρὰ Χίοις πρῶτον γενέσθαι

τὸν μέλανα οἶνον, καὶ τὸ φυτεύειν δὲ καὶ θεραπεύειν ἀμπέλους Χίους πρώτους μαθόντας παρ' Οἰνοπίωνος τοῦ Διονύσου, ὃς καὶ συνῴκισε τὴν νῆσον, τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις μεταδοῦναι.

6.

Athen. II, 86, b. Ἴων·

αὐτὰρ ὃ γ' ἐμμαπέως τὸν ὀρίγανον ἐν χερὶ κεύθει.

Haec quo pertineant non exputo.

7.

Ionis nomine inscriptum epigramma in Euripidem mortuum circumfertur, quod nostro a poeta abjudicandum esse vel temporis ratio evincit, ne dicam de carminis indole. cf. Bentlejus ad Mill. p. 54., qui Ἰωάννου vel Βίωνός vel Δίωνος scribendum proponit. Legitur carmen illud apud Brunck. analect. III, 1, p. 167., apud Jacobsium Anthol. VII, 43.; est vero hoc:

Χαῖρε μελαμπέπλοις Εὐριπίδη ἐν γυάλοισιν
Πιερίας τὸν ἀεὶ νυκτὸς ἔχων θάλαμον·
Ἴσθι δ' ὑπὸ χθονὸς ὢν ὅτι σοι κλέος ἄφθιτον ἔσται
Ἶσον Ὁμηρείαις ἀενάοις χάρισιν.

CAPUT QUINTUM.

LIBRI HISTORICI IONIS EXPLICANTUR.

Quaecunque Ion prosa scripsit oratione, aut historici aut argumenti esse philosophici monuimus. Sed non omnia, quae Ionis nomine inscripta laudantur, satis certa ac genuina habentur, quaedam jam veteres ab

eo abjudicaverunt. Accuratius igitur singula excutiamus oportet. Libri historici, quos primum spectare libet, plures sunt iique varii. Laudantur enim Ionis ἐπιδημίαι, συνεκδημητικός, πρεσβευτικός, ὑπομνήματα et Χίου κτίσις, qui liber videtur esse idem, ac quem alii τὸν περὶ Χίου laudant. In his omnibus qui fuerit scriptoris mos ac ratio scribendi, quaque sit usus dialecto, quia supra, cum de ingenio poetae disserebamus, satis luculenter est explicatum, hoc loco iisdem repetere non vacat.

A. Ἐπιδημίαι.

Quod fuerit argumentum hujus libri, (plures enim fuisse non constat) vix potest dubitari. Bentlejus epist. ad Mill. p. 66. Ionem in his libris censet egisse de adventu clarorum virorum in insulam Chium, quam quidem vocis ἐπιδημίαι explicationem verissimam puto. Sed cum Ion plurimum aetatis suae Athenis aliisque Graeciae locis consumpserit, et cum praeterea alius ejusdem liber inscribatur συνεκδημητικός, qui est prorsus contrarius ταῖς ἐπιδημίαις, non absurdum equidem videri possit, si quis titulum ita explicet, ut in hoc libro exposita atque enarrata fuerint, quae Ioni domi i. e. in insula Chio evenerint vel animadversa fuerint memoratu digna. Utrum verum statuas perinde est. Fragmentum praeclarissimum servavit Athenaeus lib. XIII, 604, e, quo describitur Sophocles φιλομείραξ; ionicae dialecti exempla non rara scriptura solum indicabo.

1.

Φιλομείραξ δὲ ἦν ὁ Σοφοκλῆς, ὡς Εὐριπίδης φιλογύνης. Ἴων γοῦν ὁ ποιητὴς ἐν ταῖς ἐπιγραφομέναις ἐπιδημίαις γράφει οὕτως·

„Σοφοκλεῖ τῷ ποιητῇ ἐν Χίῳ συνήντησα, ὅτε ἔπλει εἰς Λέσβον στρατηγός, ἀνδρὶ παιδιώδει παρ' οἶνον καὶ δεξιῷ. Ἑρμησίλεω δὲ ξένου οἱ ἐόντος καὶ προξένου Ἀθηναίων, ἑστιῶντος αὐτόν, ἐπεὶ παρὰ τὸ πῦρ ἑστεὼς ὁ τὸν οἶνον ἐγχέων παῖς[1]) ἐὼν δῆλος ἦν, εἶπέ τε· „Βούλει με ἡδέως πίνειν; φάντος δ' αὐτοῦ· — „Βραδέως τοίνυν καὶ πρόσφερέ μοι καὶ ἀπόφερε τὴν κύλικα.“ ἔτι πολὺ μᾶλλον ἐρυθριάσαντος τοῦ παιδὸς εἶπε πρὸς τὸν συγκατακείμενον· „Ὡς καλῶς Φρύνιχος ἐποίησεν εἴπας·

Λάμπει[2]) *δ' ἐπὶ πορφυρέαις παρῇσι*[3]) *φῶς ἔρωτος.*“

καὶ πρὸς τόδε ἠμείφθη[4]) ὁ Ἐρετριεὺς ἢ[5]) Ἐρυθραῖος γραμμάτων ἐὼν διδάσκαλος· „Σοφὸς μὲν δὴ σύ γε εἶ, ὦ Σοφόκλεις, ἐν ποιήσει· ὅμως μέντοι γε οὐκ εὖ εἴρηκε Φρύνιχος, πορφυρέας εἰπὼν τὰς γνάθους τοῦ καλοῦ. εἰ γὰρ ὁ ζωγράφος χρώματι πορφυρέῳ ἐναλείψειε τουδὶ τοῦ παιδὸς τὰς γνάθους, οὐκ ἂν ἔτι καλὸς φαίνοιτο. οὐ[6]) κάρτα δεῖ τὸ καλὸν τῷ μὴ καλῷ φαινομένῳ εἰκάζειν.“ ἀναγελάσας ἐπὶ τῷ Ἐρετριεῖ Σοφοκλῆς· „οὐδὲ τόδε σοι ἀρέσκει ἄρα, ὦ ξένε, τὸ Σιμωνίδειον[7]) κάρτα δοκέον τοῖς Ἕλλησιν εὖ εἰρῆσθαι;

---

1) lacunam hic esse sensit Schweigh. cujus probo conjecturam: παῖς ἐρυθρὸς ἐὼν δῆλος ἦν, ἐκάλεσε εἶπέ τε.

2) apud eundem Athen. XIII, 564, f. legitur λάμπειν propter orationem obliquam.

3) ita Porsonus rythmi causa, libri enim παρῇσι.

4) notandus aorist. pass. pro medio, cf. Pind. Pyth. IV, 150.

5) pro ὁ Ἐρετριεὺς ἢ Ἐρυθραῖος scribendum esse Ἐρετ. ὁ Ἐρυθ. censuit Schweig., sed mihi quidem illud ἢ Ἐρυθρ. in textum videtur irrepsisse.

6) Toupius opusc. II, 91. οὐκ ἄρα δὴ εἴκαζον ἄν, quippe ionismum non observabat.

7) cf. Simonidis fragment. 119, p. 393.

πορφυρέον ἀπὸ [8]) στόματος ἱεῖσα φωνὰν παρθένος.

οὐδ' ὁ ποιητής [9]), ἔφη, λέγων χρυσοκόμαν Ἀπόλλωνα; χρυσέας γὰρ εἰ ἐποίησεν ὁ ζωγράφος τὰς τοῦ θεοῦ κόμας, καὶ μὴ μελαίνας, χεῖρον ἂν ἦν τὸ ζωγράφημα. οὐδὲ ὁ φὰς ῥοδοδάκτυλον; εἰ γάρ τις εἰς ῥόδεον χρῶμα βάψειε τοὺς δακτύλους, πορφυροβάφου χεῖρας καὶ οὐ γυναικὸς καλῆς ποιήσειε [10])." Γελασάντων δὲ ὁ μὲν Ἐρετριεὺς ἐνωπήθη τῇ ἐπιραπίξει [11]), ὁ δὲ πάλιν τοῦ παιδὸς τῷ λόγῳ εἴχετο. εἴρετο γάρ μιν ἀπὸ τῆς κύλικος κάρφος τῷ μικρῷ δακτύλῳ ἀφαιρετέοντα· εἰ καθορᾷ τὸ κάρφος;" φάντος δὲ καθορᾶν·— „ἀπὸ τοίνυν φύσησον αὐτό, ἵνα μὴ πλύνοιτο ὁ δάκτυλος εὖ [12])." προσαγαγόντος δ' αὐτοῦ τὸ πρόσωπον πρὸς τὴν κύλικα, ἐγγυτέρω τὴν κύλικα τοῦ ἑαυτοῦ στόματος ἦγεν, ἵνα δὴ ἡ κεφαλὴ τῇ κεφαλῇ ἀσσοτέρα γένηται. ὡς δ' ἦν οἱ κάρτα πλησίον, προσλαβὼν τῇ χειρὶ ἐφίλησεν. ἐπικροτησάντων δὲ πάντων σὺν γέλωτι καὶ βοῇ ὡς εὖ ὑπηγάγετο τὸν παῖδα· „Μελετῶ, εἶπε, στρατηγεῖν, ὦ ἄνδρες· ἐπειδήπερ Περικλῆς ποιεῖν μὲν ἔφη με [13]), στρατηγεῖν δ' οὐκ ἐπίστασθαι. ἆρ' οὖν οὐ κατ' ὀρθόν μοι πέπτωκε τὸ στρατήγημα;" Τοιαῦτα πολλὰ δεξιῶς ἔλεγέ τε καὶ ἔπρησσεν, ὅτε πίνοι ἢ πράσσοι [14]). τὰ μέν τοι πολιτικὰ οὔτε σοφὸς οὔτε ῥε-

---

8) ἀπὸ delet Boeckhius de metr. Pindari p. 175, rythmi causa; forsitan ferri possit transpositum ante πορφυρ.

9) Pindarus, cf. Ol. VI, 71. VII, 58.

10) ad ποιήσειε Dindorfius, requiro, inquit, ποιήσει aut ποιήσειεν ἂν cum Jacobsio p. 323. Alterum sane necesse est.

11) ἐπιραπίξει e cdd. posuit Dindorfius; ἐπιρραπίσει Schweigh.— de voce ἐνωπήθη cf. Bentl. ad Mill. p. 65.

12) εὖ est in libris i. e. εὖ, quod verum esse vel optativus πλύνοιτο docet; quanquam ferri etiam potest σεῦ.

13) με abest a mssc., quare Dindorf. μὲν in με mutavit, sed μὲν non minus quam με videtur desiderari.

14) pro πράσσοι legendum esse παίζοι vidit Toupius opusc. II,

κτηριος ἦν, ἀλλ' ὡςἄν τις εἷς τῶν χρηστῶν Ἀθηναίων."

2.

Athen. III, 93, a. τῶν δὲ χημῶν μνημονεύει Ἴων ὁ Χῖος ἐν ἐπιδημίαις.

3.

Athen. III, 107, a. Καὶ ὁ Χῖος δὲ Ἴων ἐν ταῖς ἐπιδημίαις ἔφη·

„τῷ ἐπίπλῳ ἐπικαλύψας[15])."

B. Συνεκδημητικός.

Depravato ut solet scriptoris nomine hic liber laudatur a Polluce II, 4, 19. παρὰ Δίωνι δὲ τῷ τραγικῷ ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ συνεκδημητικῷ καὶ σπανοπώγων τις ὀνομάζεται, quo loco παρὰ δ' Ἴωνι restitui jussit Leopardus emendatt. II, 20. In describendis rebus memorabilibus et maxime hominibus claris hunc quoque librum esse versatum, haud obscure significat locus Pollucis. Titulus, supra ut monui, priori libro quasi respondet, cum in hoc ea quae extra patriam viderit et cognoverit, comes scilicet amici peregrinantis, videatur enarrasse. cf. Kuehn ad Poll. II, 88.

C. Πρεσβευτικός.

Tertium hunc librum laudat Schol. Aristoph. ad Pacis vers. 835 (830 ed. Inv.): ἔγραψε δὲ καὶ κωμῳδίας — καὶ καταλογάδην τὸν πρεσβευτικὸν λεγόμενον ὃν

---

p. 542. probavit Schweigh. — recte quidem, κινεῖν καὶ παίζειν conjungere solet noster, cf. Eleg. 1 et 2., ne dicam de loci sententia vel attica illius verbi forma.

15) ἐπικαλύψας posuerunt Porsonus et Schweigh. pro eo quod in libris est, ἐπικάμψας.

νόθον ἀξιοῦσί τινες εἶναι οὐχὶ αὐτοῦ. Argumento non dissimilem eum fuisse τῷ συνεκδημητικῷ inscriptio significat, nisi forte, id quod jam veteres nonnulli statuerunt, suppositius fuit. Fortasse a civibus suis legatus ad aliam civitatem missus quae ibi viderit vel expertus sit, hoc libro exposuit.

D. Ὑπομνήματα.

Ὑπομνήματα sive ἱστορικὰ ὑπομν., quae hodie vocant Memoiren sive Denkwürdigkeiten, a multis scriptoribus cum aetate antiquiore ab ionicis logographis tum inprimis ab eruditis atque doctis viris aetatis Alexandri magni conscripta sunt[16]). Quippe utrique aetati, quibus quasi finibus historiae conscribendae ars florentissima continetur, haec scribendi ratio maxime conveniebat. Ionis ὑπομνήματα laudantur ab uno Schol. Aristoph. l. l., praeterea neque in quot libros disposita neque in singulis quae tractata fuerint, constat, immo ne fragmentum quidem ullum verbis disertis laudatum ex iis habemus. Difficillimum igitur atque adeo absurdum videri possit, de argumento hariolari, vel fragmenta his libris assignare, quae eodem jure aliis ejusdem scriptoris libris vindicari possunt. Sed ut dicam, quod sentio, non prorsus diversum ab iis, quae in reliquis libris historicis tractata sunt, argumentum horum librorum fuerit, neque dubito eam profiteri sententiam, ut scriptor res varias, quas vel ipse expertus esset vel ab aliis accepisset, quaeque memoratu dignae ei esse

16) ἱστορικὰ ὑπομν. scripsit Theophrastus, discipulus Aristotelis; Hieronymus Rhodius cf. Athen. XIII, 104, a., Strabo, cf. Plutarch. Luc. 10, et praefat., alii multi, qui laudantur ab Athenaeo.

viderentur, collegerit et in his libris carptim enarraverit. Primum huc pertinere censeo, quae de Cimone et Pericle ab Ione scripta servavit Plutarchus.

1.

ὁ δὲ ποιητὴς Ἴων μοθωνικήν φησι τὴν ὁμιλίαν καὶ ὑπότυφον εἶναι τοῦ Περικλέους καὶ ταῖς μεγαλαυχίαις αὐτοῦ πολλὴν ὑπεροψίαν ἀναμεμίχθαι καὶ περιφρόνησιν τῶν ἄλλων. ἐπαινεῖ δὲ τὸ Κίμωνος ἐμμελὲς καὶ ὑγρὸν καὶ μεμουσωμένον ἐν ταῖς περιφεραῖς. ἀλλ' Ἴωνα μὲν ὥσπερ τραγικὴν διδασκαλίαν ἀξιοῦντα τὴν ἀρετὴν ἔχειν τι πάντως καὶ σατυρικὸν μέρος ἐῶμεν.

Plutarch. vita Periclis c. 5.

2.

θαυμαστὸν δέ τι καὶ μέγα φρονῆσαι καταπολεμήσαντα τοὺς Σαμίους φησὶν αὐτὸν ὁ Ἴων, ὡς τοῦ μὲν Ἀγαμέμνονος ἔτεσι δέκα βάρβαρον πόλιν· αὐτοῦ δὲ μησὶν ἐννέα τοὺς πρώτους καὶ δυνατωτάτους Ἰώνων ἑλόντος.

Plutarch. vita Periclis c. 28.

3.

ἦν δὲ καὶ τὴν ἰδέαν οὐ μεμπτὸς (ὁ Κίμων), ὡς Ἴων ὁ ποιητής φησιν, ἀλλὰ μέγας οὔλῃ καὶ πολλῇ τριχὶ κομῶν τὴν κεφαλήν. Haec Grotius e tragoedia sumpta putans in senarios redegerat.

Plutarch. vita Cimonis c. 5.

4.

συνδειπνῆσαι δὲ τῷ Κίμωνί φησιν ὁ Ἴων, παντάπασι μειράκιον ἥκων εἰς Ἀθήνας ἐκ Χίου παρὰ Λαομέδοντι καὶ τῶν σπονδῶν γενομένων παρακληθέντος ᾆσαι, καὶ ᾄσαντος οὐκ ἀηδῶς ἐπαινεῖν τοὺς παρόντας ὡς δεξιώτερον Θεμιστοκλέους. πόλιν δὲ ποιῆσαι μεγάλην καὶ πλουσίαν ἐπίστασθαι. τοὐντεῦθεν οἷον εἰκὸς ἐν πότῳ τοῦ λό-

γου ῥυέντος ἐπὶ τὰς πράξεις τοῦ Κίμωνος καὶ μνημονευομένων τῶν μεγίστων, αὐτὸν ἐκεῖνον ἓν διελθεῖν στρατήγημα τῶν ἰδίων ὡς σοφώτατον. ἐπεὶ γὰρ ἐκ Σηστοῦ καὶ Βυζαντίου πολλοὺς τῶν βαρβάρων αἰχμαλώτους λαβόντες οἱ σύμμαχοι τῷ Κίμωνι διανεῖμαι προσέταξαν, ὁ δὲ χωρὶς μὲν αὐτούς, χωρὶς δὲ τὸν περὶ τοῖς σώμασι κόσμον αὐτῶν ἔθηκεν, ᾐτιῶντο τὴν διανομὴν ὡς ἄνισον. ὁ δὲ τῶν μερίδων ἐκέλευσεν αὐτοὺς ἑλέσθαι τὴν ἑτέραν, ἣν δ' ἂν ἐκεῖνοι καταλίπωσιν, ἀγαπήσειν Ἀθηναίους. Ἡροφύτου δὲ τοῦ Σαμίου συμβουλεύσαντος, αἱρεῖσθαι τὰ Περσῶν μᾶλλον, ἢ Πέρσας, τὸν μὲν κόσμον αὐτοὶ ἔλαβον, Ἀθηναίοις δὲ τοὺς αἰχμαλώτους ἀπέλιπον. καὶ τότε μὲν ὁ Κίμων ἀπῄει, γελοῖος εἶναι δοκῶν διανομεύς, τῶν μὲν συμμάχων ψέλλια χρυσᾶ, καὶ μανιάκας, καὶ στρεπτούς, καὶ κάνδυας, καὶ πορφύραν φερομένων, τῶν δ' Ἀθηναίων γυμνὰ σώματα κακῶς ἠσκημένα πρὸς ἐργασίαν παραλαβόντων. μικρὸν δὲ ὕστερον οἱ τῶν ἑαλωκότων φίλοι καὶ οἰκεῖοι καταβαίνοντες ἐκ Φρυγίας καὶ Λυδίας, ἐλυτροῦντο μεγάλων χρημάτων ἕκαστον. ὥστε τῷ Κίμωνι τεσσάρων μηνῶν τροφὰς εἰς τὰς ναῦς ὑπάρξαι καὶ προσέτι τῇ πόλει χρυσίον οὐκ ὀλίγον ἐκ τῶν λύτρων περιγενέσθαι.

Plutarch. vita Cimonis c. 9.

5.

ὁ δὲ Ἴων ἀπομνημονεύει καὶ τον λόγον ᾧ μάλιστα τοὺς Ἀθηναίους ἐκίνησε παρακαλῶν „μήτε τὴν Ἑλλάδα χωλὴν μήτε τὴν πόλιν ἑτερόζυγα περιιδεῖν γεγενημένην.“

ibid. cap. 16.

6.

Ἴων μὲν οὖν ὁ ποιητὴς ἐν τοῖς δίχα μέτρου καὶ καταλογάδην αὐτῷ γεγραμμένοις φησὶν ἀνομοιότατον πρᾶγμα τῇ σοφίᾳ τὴν τύχην οὖσαν ὁμοιοτάτων πραγμάτων

γίνεσθαι δημιουργόν. αὔξουσιν ἀμφότεραι, προσκοσμοῦσιν ἄνδρας, εἰς δόξαν ἀνάγουσιν, εἰς δύναμιν εἰς ἡγεμονίαν.

Plutarch. de fort. Rom. c. 1. — Symposiac. l. VIII, 717, B.

7.

Praeterea non dubito ad ὑπομνήματα referre fragmentum quod apud Suidam laudatur v. ὑμεῖς ὦ Μεγαρεῖς. Suidas enim oraculum illud celeberrimum ubi enarravit, de quo conferendi sunt Eustath. p. 292, Tzetzes Chiliad. IX, c. 291, Schol. Theocrit. ad Idyll. XIV, 48, Suidas v. Αἰγιεῖς et v. Μεγαρεῖς, ita pergit: ἱστορεῖ δὲ Μνασέας, ὅτι Αἰγιεῖς οἱ ἐν Ἀχαΐᾳ καταναυμαχήσαντες Αἰτωλοὺς καὶ λαβόντες πεντηκόντορον αὐτῶν δεκάτην Πυθοῖ ἀνατιθέντες ἠρώτων τίνες εἶεν κρείττους τῶν Ἑλλήνων. ἡ δὲ Πυθία ἔχρησεν αὐτοῖς τὰ προκείμενα. καὶ Ἴων δὲ Αἰγιεῦσιν δοθῆναι τὸν χρησμὸν ἱστορεῖ. τινὲς δὲ οἴονται Μεγαρεῦσιν εἰρῆσθαι αὐτόν.

9.

Postremo ex hoc libro haud dubie sumptum est, quod Socratem cum Archelao adolescentem Samum venisse Ionem auctorem laudat Diogenes Laert. II, 23, his verbis: Ἴων δὲ ὁ Χῖος καὶ νέον ὄντα εἰς Σάμον σὺν Ἀρχελάῳ ἀποδημῆσαι, καὶ Πυθῶδε ἐλθεῖν Ἀριστοτέλης φησίν.

De hoc loco explicatius agamus oportet, cum quae Ionem in libro suo retulisse scribit Diogenes, argumentis non levibus iis quidem putentur esse falsa. Apud Platonem enim in Critone 52 Socrates ipse se nunquam peregre profectum esse haud obscure significat; locus hic est: φαῖεν γὰρ ἂν (οἱ Ἀθηναῖοι) ὅτι ὦ Σώκρατες, μεγάλα ἡμῖν τούτων τεκμήριά ἐστιν, ὅτι σοι καὶ ἡμεῖς

ἠρέσκομεν καὶ ἡ πόλις. οὐ γὰρ ἄν ποτε τῶν ἄλλων Ἀθηναίων ἁπάντων διαφερόντως ἐν αὐτῇ ἐπεδήμεις, εἰ μή σοι διαφερόντως ἤρεσκε· καὶ οὔτ' ἐπὶ θεωρίαν πώποτε ἐκ τῆς πόλεως ἐξῆλθες, ὅτι μὴ ἅπαξ εἰς Ἰσθμόν, οὔτε ἄλλοσε οὐδαμόσε, εἰ μή ποι στρατευσόμενος, οὔτε ἄλλην ἐποιήσω ἀποδημίαν πώποτε, ὥσπερ οἱ ἄλλοι ἄνθρωποι. Quo loco jam offensus Athenaeus V, 15, p. 216, Platonem reprehendit, quamquam is quidem parum considerate cf. interprett. apud Buttm. De reliquis difficultatibus nihil dicam, quippe facili opera ab aliis jam sunt expeditae, quod vero Ion scripsit Socratem profectum esse Samum prorsus pugnare videtur cum ipsius Socratis apud Platonem dictis, neque quisquam quod sciam nodum hunc solvere conatus est. Primum moneo, Archelaum illum non esse intelligendum Macedoniae regem, quae fuisse videtur sententia Forsteri ad Criton. l. l., sed philosophum non ignobilem Anaxagorae discipulum, praeceptorem Socratis. cf. Diog. Laert. II, 19, Clemens Alex. stromat. I, p. 129, l. 50 ed. Sylb., Suidas v. Ἀρχέλαός et Σωκράτης. Plato loquentem facit Socratem ante ipsam mortem ejus, et ut demonstret probatam ei fuisse Atheniensium rempublicam et leges, hoc utitur argumento, quod nunquam peregre profectus sit. Quod igitur Ion Socratem adolescentulum cum magistro Samum esse profectum scribit, quia non tam quae adolescentulus quam quae aetate adulta egerat, hoc in argumento ratio erat habenda, jure Plato peregrinationem illam negligere potuit, praesertim cum non historiam scriberet sed dialogum philosophicum componeret.

E. Χίου κτίσις.

Restat ut de uno praeterea libro historici argumenti eoque praeclarissimo disputemus, non quo argumentum ipsum insigni doctrina explicatum fuerit, sed quod propter fragmentorum copiam non spernendam indoles moresque poetae nostri ex eo optime possunt cognosci. Κτίσεις sive origines urbium laudari constat inter opera logographorum quos vocant fere omnium[1]), quae quemadmodum compositae vel quo judicio falsa a veris secreta fuerint, nescio an nullo alio ex scriptore facilius assequi possis. Etenim argumentum quod attinet, praeclarum Ionicae logographiae exemplum in eo libro deprehendisse tibi videaris, adeo remotus ab historia critica quam vocant, immo fabulis deorum heroumque festivis refertus fuit liber, ut ad poeticam an ad prosam scribendi rationem sit referendus vix dijudices. In hoc enim libro enarratum videmus, qualem vini temperiem Palamedes praeceperit Graecis, ut domum iis redire liceret; deinde ut Neptunus in Chium insulam hominibus desertam venerit, cum nympha concubuerit, et, dum illa prolem enititur, cum nix e caelo rueret, inde nomen et filio et insulae indiderit. Praeter alios qui scripsit κτίσεις unum commemorare libet Hellanicum, quod libri illius κτίσεις inscripti pars fuit Χίου κτίσις. cf. Tzetzes ad Lycophr. 224, Athen. X, 447, c. — Sturz ad Hellan. p. 87 et 89 et 142. Noster unam tantum, Χίου κτίσιν, videtur scripsisse.

1) cff. qui de historicis Graecis scripserunt, et logographorum fragmenta collegerunt, inprimis Creuzer in libro: Die historische Kunst der Griechen.

1.

Ἴωνι δὲ τῷ ποιήσαντι τραγῳδίαν ἐστὶν ἐν τῇ συγγραφῇ τοιάδε εἰρημένα. „Ποσειδῶνα ἐς τὴν νῆσον [2]) ἐρήμον οὖσαν ἀφικέσθαι καὶ νύμφῃ τε ἐνταῦθα συγγενέσθαι καὶ ὑπὸ τὰς ὠδῖνας τῆς νύμφης χιόνα ἐξ οὐρανοῦ πεσεῖν ἐς τὴν γῆν καὶ ἀπὸ τούτου Ποσειδῶνα τῷ παιδὶ ὄνομα θέσθαι Χῖον [3]). συγγενέσθαι δὲ αὐτὸν καὶ ἑτέρᾳ νύμφῃ καὶ γενέσθαι οἱ παῖδας Ἄγελόν τε καὶ Μέλανα. ἀνὰ χρόνον δὲ καὶ Οἰνοπίωνα ἐς τὴν νῆσον κατάραι ναυσὶν ἐκ Κρήτης, ἀφικέσθαι [4]) δὲ οἱ καὶ τοὺς παῖδας Τάλον καὶ Εὐάνθην καὶ Μέλανα καὶ Σάλαγόν τε καὶ Ἀθάμαντα. ἀφίκοντο δὲ [5]) καὶ Κᾶρες ἐς τὴν νῆσον ἐπὶ τῆς Οἰνοπίωνος βασιλείας καὶ Ἄβαντες ἐξ Εὐβοίας. Οἰνοπίωνος δὲ καὶ τῶν παίδων ἔλαβεν ὕστερον Ἄμφικλος τὴν ἀρχήν. ἀφίκετο δὲ ἐξ Ἱστιαίας ὁ Ἄμφικλος τῆς ἐν Εὐβοίᾳ κατὰ μάντευμα ἐκ Δελφῶν. Ἕκτωρ δὲ ἀπὸ [6]) Ἀμφίκλου τετάρτῃ γενεᾷ (βασιλείαν γὰρ ἔσχεν καὶ οὗτος) ἐπολέμησεν Ἀβάντων καὶ Καρῶν τοῖς οἰκοῦσιν ἐν τῇ νήσῳ, καὶ τοὺς μὲν ἀπέκτεινεν ἐν ταῖς μάχαις, τοὺς δὲ ἀπελθεῖν ἠνάγκασεν ὑποσπόνδους. γενομένης δὲ ἀπαλλαγῆς πολέμου Χίοις ἀφικέσθαι τηνικαῦτα ἐς μνήμην Ἕκτορα, ὡς σφᾶς καὶ Ἴωσι δέοι συνθύειν ἐς Πανιώνιον· τρίποδα δὲ ἆθλον λαβεῖν αὐτὸν ἐπὶ ἀνδραγαθίᾳ παρὰ τοῦ κοινοῦ φασι τοῦ

---

2) Χῖον excidisse censet Siebelis.

3) Χῖοι κατὰ Ἐρυθράς· ἐν δὲ πόλις Χῖος ἀπὸ Χίου τῆς Ὠκεανοῦ, ἢ ἀπὸ τῆς χιόνος τῆς ἐκεῖ γιγνομένης πολλῆς, ἢ ἀπὸ νύμφης τῆς Χιόνος. Hecataeus in Europ. apud Steph. Byz. v. Χῖος.

4) ἕπεσθαι esse legendum pro ἀφικέσθαι sententia est Siebelis et Bekkeri, quae mihi non probatur.

5) δὴ pro δὲ legendum esse censet Siebelis; sed Ionis haec sunt non Pausaniae.

6) τοῦ ante Ἀμφίκλου inseruit Sieb.

Ἰώνων.“ τοσαῦτα εἰρηκότα ἐς Χίους Ἴωνα εὕρισκον. οὐ μέντοι ἐκεῖνός [1]) γε εἴρηκε καθ' ἥντινα αἰτίαν Χῖοι τελοῦσι ἐς Ἴωνας.

Pausan. VII, 4, 8, sive Achaic. 290, 30.

Quae ab Ione aliisque scriptoribus hunc in modum mythis exornata de insula Chio referuntur, veste illa detracta ita videntur esse intelligenda. Barbaris a gentibus hanc insulam sicuti fere omnes maris ejusdem olim fuisse habitatam, sponte apparet. Qui barbari ante an post Pelasgos immigraverint, potest dubitari; vetustissimos colonos Pelasgos fuisse e Thessalia profectos, equidem statuerim secutus Strabonem, qui scribit 621, ed. Casaub: καὶ Χῖοι δὲ οἰκιστὰς ἑαυτῶν Πελασγούς φασι τοὺς ἐκ Θετταλίας; inde Eustath. ad Dionys. Perieg. v. 525: ταύτης οἰκισταὶ Πελασγοί κ. τ. λ. cf. Herodot. VII, 95. Forsitan simul cum Pelasgis per aliquod tempus barbarae gentes Carum, Abantum aliorumque in hac insula habitaverint, praesertim cum non plane diversos eos a Pelasgis fuisse, sit exploratum. Postea cum Creta insula navibus et opibus floreret, (qui flos aetate Minois significatur), Chium quoque illi insulae paruisse, eoque sub imperio terram coli et vitibus conseri coeptam esse, ex iis intelligitur, quae narrantur de Oenopione Bacchi filio. cf. Apollodor. III, 1, 3. Oenopion enim filius Bacchi ex Ariadna, Minois filia, a patre τὴν οἰνοποιΐαν edoctus fuisse dicitur. cf. Schol. Arat. 636, Diodor. Sicul. V, 345, Eustath. 862, 12, quamquam Ioni fragm. eleg. 5 vocatur Θησεΐδης. Huic Oenopioni Rhadamantum, iterum Cretae regem, cf. Apollod. III, 1, 1 et 2., tradidisse Chium insulam scri-

1) ἐκεῖνό γε Sieb.

bit Diodor. Sicul. l. l. cf. Theon ad Arati Phaenom. v. 636; critic. in Apollon. Rhod. III, 990, Pausan. VII, 4. Ab Oenopione arcessitus (πρὸς χάριν Οἰνοπίωνος) e Boeotia venit Orion, celeberrimus venator, qui insulam feris bestiis liberaret. cf. Schol. Arati v. 636. Orionem vero filium fuisse Neptuni et Bryllae, Minois filiae, et a patre donum accepisse hoc, ut supra undas ingredi posset, canit Hesiodus. cf. ibid. v. 322. Utroque igitur tum Oenopione tum Orione significari Cretensium potestatem inprimis maritimam, non est quod pluribus persuadeam. Barbari vero regnante Oenopione ut scribit Ion, firmati novis auxiliis, coloniis scilicet Carum Abantumque ex Euboea labante praeterea Cretensium imperio, vires collegerunt et principatum obtinuerunt. Hanc fere rerum fuisse conditionem oportet usque ad tempora migrationis Doriensium, quam vocant. Hac enim aetate Macareus undique collectis colonis, inprimis Ionibus ex Achaia pulsis, singulas paulatim insulas in potestatem suam redegit. Subacta Lesbo aliisque insulis colonos inde Chium misit et filium iis praefecit. cf. Diodor. Sicul. V, 347. Egertius, de quo Strabo p. 633: Χίον δὲ Ἐγέρτιος σύμμικτον ἐπαγόμενος πλῆθος, filiusne fuerit, incertum. Aliquanto post, nisi fallor, Amphiclus ex Euboea, oraculo Delphico jussus novos in insulam colonos deduxit, ex quo tribus praeterlapsis aetatibus rex Insulae Hector debellatos barbaros, Abantes et Cares, ex insula ejecit et gentis suae memor Ionibus sese adjunxit. Nomina hujus insulae plura fuerunt, antiquissimum videtur fuisse Aethalia, cf. Plin. hist. nat. V, 31, vel Αἰθάλη, Steph. Byz. v, vel Αἴθλη, Suidas v. Χίος; praeterea Pityusa vocata est, cf. Strabo 589, Plin. l. l., Schol. Apollon. I, 185—188;

et Ophiusa propter serpentes in ea frequentissimos. cf. Schol. Arati v. 636; et postremo Macria. cf. Plin. l. l. Plinii locum transscribere totum non gravabor: Pat, inquit, claritate ab ea distat XCIII millia passuum cum oppido Chios libera, quam Aethaliam Ephorus prisco nomine apellat, Metrodorus et Cleobulus Chium a Chione nympha, aliqui a nive, et Macrin et Pityusam."

2.

Ἢ γὰρ δύο πρὸς πέντε πίνειν δεῖν ἢ ἕνα πρὸς τρεῖς. περὶ δὲ ταύτης τῆς κράσεως Ἴων ὁ ποιητὴς ἐν τῷ περὶ Χίου φησίν, ὅτι εὑρὼν ὁ μάντις Παλαμήδης ἐμαντεύσατο πλοῦν ἔσεσθαι τοῖς Ἕλλησι πίνουσι τρεῖς πρὸς ἕνα κυάθους· οἱ δὲ ἐπιτεταμένως χρώμενοι τῷ ποτῷ δύο οἴνου ἔπινον πρὸς πέντε ὕδατος.

Athen. X, 426, e.

In emendanda quae supra legitur voce εὑρὼν tres viri certaverunt, opinor quod res iis nimis exigua levisque videbatur, quam ut inventi laus vel uni vel cuiquam tribui posset. Bentlejus ad Mill. p. 65 proposuit ὁ οἰωνόμαντις; Toupius opusc. II, 542 ἀλευρομάντις, tertius Jacobsius in animadverss. ad Euripid. p. 141 οὔριον levissima mutatione correxit, hic certe palma donandus, nisi vulgata bene haberet. Omnino enim probanda est sententia Schweighaeuseri ad Athenaei l. l. proposita, quamquam quo utitur loco Athenaei II, 45, a: Στάφυλος δέ φησι τὴν τοῦ οἴνου πρὸς τὸ ὕδωρ κρᾶσιν Μελάμποδα πρῶτον εὑρεῖν, non prorsus respondere nostro loco videri possit, quo scilicet de certa quadam temperandi vini ratione verba fiunt. Hoc certe inde patet, inventum illud non ita leve atque ignobile a veteribus esse habitum. Praeterea facere non possum

quin hoc inventum optime convenire moneam reliquis Palamedis laudibus, quippe cui quaecunque ad arithmeticam sive numerorum rationem inventa pertinent, soleant assignari. Sic apud Eudoc. p. 356. Villois. Παλαμήδης εὑρετὴς μέτρων καὶ στάθμων vocatur.

Ceterum ex argumento hujus fragmenti Ion in hoc libro videtur disputasse de vino Chio deque variis ejus temperandi modis.

3.

Etymol. Magn. p. 569, 34. v. λόγχη. Λόγχας τὰς μερίδας Ἴωνες λέγουσιν. Ἴων ἐν Χίου κτίσει [1]), „ἐκ τῆς Τέω λόγχης λόγχας ποιεῖν." cf. Hesych. v. λόγχη et Phavorin. v. δίλογχος. — λόγχας γὰρ ἐκάλουν κλήρους. Operae pretium est de hoc loco disputantem audire Sylburgum, cujus haec sunt verba: Si poetae nomen est Ἴων, fabulae inscriptio erit χίου κτῆσις sive κτίσις. in sequentibus vocabulum λόγχης perperam irrepsisse videri queat, ut eo sublato sensus sit: ex Teo sortes seu portiones facere. Sin germanum est, sensus erit: ex Tei sorte sortes facere, seu Tei lancea suam cuique sortem demetiri. Haec Sylburgus, in eo quidem falsus, quod Ionem non scripsisse quidquam nisi fabulas putavit. Ceterum non est quod λόγχης spurium esse judicemus.

4.

Praeter tria illa, quae recensui fragmenta e libro Χίου κτίσις inscripto non quidquam laudatum legere me memini; tamen facere non possum, quin transscribam locum Aeliani ex histor. animal. XVI, 39. ed.

1) quod in libris est χίου κτήσει correxit Bentlejus.

Schneid. Quae enim ibi laudantur τῶν τὰς ὑπὲρ τῆς Χίου συγγραψάντων ἱστορίας, prorsus similis sunt coloris, quam quae supra e Pausania laudavi, atque e logographo potius quam ex historiae criticae quam vocant scriptore videntur sumpta esse. Quare aut Hellanici ἐκ τοῦ περὶ Χίου κτίσεως aut Ionis nostri vel denique utriusque habeantur necesse est. Locus hic est:

Λέγουσι γοῦν καὶ οἱ τὰς ὑπὲρ τῆς Χίου συγγράψαντες ἱστορίας, γενέσθαι ἐν τῇ νήσῳ παρὰ τὸ ὄρος τὸ καλούμενον Πελινναῖον ἐν αὐλῶνί τινι δασεῖ καὶ δένδρων ὑψηλῶν πεπληρωμένῳ, δράκοντα μεγέθει μέγιστον, οὗπερ οὖν καὶ τὸν συριγμὸν ἐπεφρίκεσαν οἱ τὴν Χίον κατοικοῦντες. Οὔκουν οὐδὲ ἐτόλμων τινὲς ἢ τῶν γεωργούντων ἢ τῶν νεμόντων πλησίον γενόμενοι καταγνῶναι τὸ μέγεθος, ἀλλὰ ἐκ μόνης τῆς σύριγγος πελώριόν τι καὶ ἐκπληκτικὸν τὸ θηρίον εἶναι ἐπίστευον· ἐγνώσθη δ' οὖν ὅσος ποτὲ τὸ μέγεθος ἦν δαιμονίᾳ τινὶ καὶ θαυμαστῇ μηχανῇ, ναὶ μὰ Δία. Σφοδροῦ γὰρ ἀνέμου καὶ σκληροῦ προσπεσόντος, ἐρρίφθη πρὸς ἄλληλα τὰ ἐν τῷ αὐλῶνι δένδρα, καὶ οἱ κλάδοι βιαίως ἀραττόμενοι τίκτουσι πῦρ, καὶ αἴρεται μεγίστη φλόξ, καὶ περιλαμβάνει τὸν πάντα χῶρον, καὶ κυκλοῦται τὸν θῆρα· ὁ δὲ ἀποληφθεὶς καὶ ἐξερπύσαι μὴ δυνάμενος καταπίμπραται. Οὐκοῦν γυμνωθέντος τοῦ τόπου γίνεται κάτοπτα πάντα· καὶ οἱ Χῖοι ἐλευθερωθέντες τοῦ δέους ἧκον ἐπὶ θέαν, καὶ καταλαμβάνουσι τὰ ὀστᾶ μεγέθει μέγιστα, καὶ κεφαλὴν ἐκπληκτικήν, ὡς ἐκ τούτων ἔχειν συμβαλεῖν, ὅσος τε ἐκεῖνος ἦν καὶ ὁποῖος ἔτι περιών.

CAPUT SEXTUM.

DE IONIS PHILOSOPHIA DEQUE PHILOSOPHICIS SCRIPTIS DISPUTATUR.

Sicut in reliquis artibus ita in concipiendis quoque exprimendisque ideis philosophicis gentium illam differentiam valuisse, vel inde potest intelligi, quod certa quaedam philosophandi ratio nomine Ionicae jam pridem notata est. Quod ne cui nomen fortuito inditum videatur esse, haud inepte viri docti, qui prae ceteris vitam et mores civitatum Graecarum penitus cognoverunt, alios quoque Graecae philosophiae quasi ramos gentium quam auctorum nomine significare maluerunt. Ita enim Ionicae Doricam habemus oppositam, neque minus Eleaticam et praeterea Atticam. Ionica quae sit vocata, non opus est pluribus explicare; qui enim eorum fuerunt mores et ingenii indoles, in hoc quoque litterarum genere sensibus addicti Iones principium quod vocant materiam aliquam esse statuebant. Huic plane oppositae duae fuerunt disciplinae, altera Dorica seu Pythagorica, quae principium materiae oppositam formam aliquam sive legem cogitandi vel numerum volebant esse; altera Aeolica sive Eleatica, quaecunque sensibus percipiuntur, errori obnoxia atque adeo fallaces rerum imagines, quae vero mente concipiuntur vel cogitantur, ea sola vera certaque esse contendebat. Quas inter se diversissimas rationes emendatas conjunxit unamque fecit doctrinam Attica philosophia atque ita in hac quoque re liberum superiusque Atheniensium ingenium probavit. Hae tamen differentiae, quae in-

disciplinis philosophicis obtinebant. Athenae postquam sedes esse litterarum coeperunt, quo undique confluerent clara ingenia, aboleverunt quodammodo atque mediae quasi ortae sunt disciplinae, quae plurane ab Ionibus an a Doriensibus Aeolibusve sumpserint, dubites. Ita enim Iones materiae suae ab aliis sumptam mentem addiderunt, velut Diogenes Apolloniates, Archelaus, Anaxagoras; vel cogitata tamen et mente concepta praedicata receperunt velut Heraclitus, Atomistici. Dorienses Pythagorae doctrinam disciplinamque cum obscuris Ionum de materia vel elementis quaestionibus conjungere non spreverunt velut Empedocles; parum enim probatur, quod H. Ritterus in F. A. Wolfii Analectt. ab Eleatis eum esse profectum et ab Ionibus elementa recepisse scribit. cf. A. Wendt. nott. ad Tennem. Gesch. der Philos. p. 277 et 278, tom. I. Etenim cum patria Agrigento, quae Dorica fuit colonia, tum doctrina propior fuit Pythagoram. Huic simillimus est noster Ion, qui ab Ionibus quae avita quasi receperat, cum sententiis Pythagoricis consociavit. Praeter haec doctrinae principia alia quoque intercedit inter eos similitudo eaque gravissima, quippe uterque poetico ingenio abreptus non ea qua par fuit, mentis tranquillitate ideas suas expressit mysticumque traxit colorem, ita ut aptiorem quocum Ionem compararem, invenerim neminem. Empedocles quattuor statuit elementa, e quibus omnia odio (νείκει) disjungi vel amicitia (φιλίᾳ) conjungi formamque recipere dicit; oriri enim quidquam prorsus negat. Haec igitur de Ionibus sumpsit, praeter ea, quae plurima in doctrina ejus Pythagorica habentur. Eadem fere qua Ion aetate, Athenis florebat ejusdem gentis Ionicae philosophus clarissimus Anaxagoras; hic enim

primus statuit Ionum τὸν νοῦν regere et disponere materiam sive τὰ ὁμοιομέρεια, qui quidem in philosophia progressus putandus est maximus. Quo magis mirum debet videri, quod Ion ad Pythagorae doctrinam antiquatam reverti quam novam illam Anaxagorae sequi voluit. Licet enim parum usus sit Ion consuetudine Anaxagorae, qui ab intimis erat Periclis, mores tamen et ingenium poetae potius quam contentionem aliquam vel invidiam fuisse causam censeo, quare Pythagoricam disciplinam amplecteretur. —

Priusquam de philosophica Ionis doctrina explicatius disseram, examinari oportet libros, in quibus illa proposita atque explicata est, quos enim nisi recte constituero atque Ioni vindicavero, frustra erit de philosophia disputatio. Unde incipiam dubitanti mihi obvius est Suidas, cujus in lexico v. Ἴων haec leguntur: οὗτος ἔγραψε περὶ μετεώρων καὶ συνθέτους λόγους ὃν παίζων Ἀριστοφάνης ὁ κωμικὸς ἀοῖόν φησιν; quae eadem ipsis verbis repetit Eudocia Villois. p. 248. — Bentlejus epist. ad Mill. p. 66, Suidam insigni quadam stupiditate perperam intellexisse verba scholiastae Aristophanis arguit, qui saepius Ionem et reliquos dithyrambicos poetas propter verba nebulosa, e nubibus petita rideri a comico annotavit, velut ad Pac. v. 829 haec ejus exstat nota: διαβάλλει αὐτοὺς ὡς μετεώρους, ἐπεὶ περὶ τῶν νεφελῶν λέγουσι πολλά. συνεχῶς δὲ κωμῳδοῦσι τοὺς διθυραμβοποιοὺς ὡς ἐκ τῶν νεφελῶν σκάπτοντας τὰς λέξεις, διὰ τὸ συνθέτους εἶναι παρ' αὐτοῖς. ad v. 831 κωμῳδεῖ τοὺς διθυραμβοποιοὺς ὡς ἀπὸ τοῦ ἀέρος ἀρχομένους καὶ λέξεις τινὰς αὐτῶν διαβάλλει ὡς ταῦτα λεγόντων — συνεχῶς δὲ κωμῳδεῖ ὡς ἀέρας καὶ νεφέλας καὶ τὰ ἐκ τούτων σύνθετα ποιοῦντας. His propiora sunt

verba ejusdem Suidae v. διθυραμβοποιός: „περὶ τῶν μετεώρων καὶ τῶν νεφελῶν λέγουσι πολλὰ καὶ συνθέτους λέξεις ἐποίουν καὶ ἔλεγον ἐνδιαεριαιεριvηχέτους, οἷον ἦν Ἴων ὁ Χῖος ποιητής. Verba igitur Suidae: ἔγραψε περὶ μετεώρων καὶ συνθέτους λόγους intelligenda sunt sensu eodem, quo scholiastae verba et quae ipse Suidas alio loco scripsit: ἔλεξε περὶ μετ. καὶ συνθέτους λέξεις, atque ita forsitan liberari possit a crimine stupiditatis, quo eum Bentlejus irrogavit. Quo magis esse mirandum videtur, quod Heerenius v. cl. denuo librum istum de meteoris Ioni vindicare in animum induxerit. Is enim ad Stobaei eclogas physicas, I, p. 552, quo loco Ionis sententia laudatur de materia lunae, vel commentt. de fontibus eclog. Stob. II, p. 169, postquam recensuit scripta Ionis: Quidquid est, inquit, ex omnibus libris a me laudatis vix ullus esse videtur, in quo de lunae natura commode disputari potuisset. Parum itaque abest, quin credam ex nostro loco novum Suidae parari posse praesidium, qui cum de tragoedia ejus locutus esset, addit οὗτος ἔγραψε περὶ μετεώρων κ. τ. λ. „et in nota ad eundem locum scribit: Ion hic est celebris tragicus ille, quem philosophum simul vocat Suidas, eumque περὶ μετεώρων scripsisse testatur. Quippe non meminerat v. cl. ejus libri, quem ipse inter Ionis scripta recensuerat, κοσμολογικὸν dico, in quo alia quae tractata fuerint nisi hujusmodi, equidem nescio. Nostro hunc librum tribui a scholiasta Aristoph. Pax v. 835 supra monitum est. Quam ex eo laudat Stobaeus sententiam de luna, haec est: Σῶμα τῇ μὲν ὑαλοειδὲς[1]),

---

1) ita Heerenius pro ὑλοειδές, quod est in libris, etiam Philolao ὁ ἥλιος vocatur ὑαλοειδὴς δίσκος.

διαυγές, τῇ δ' ἀφεγγές. Reliquorum philosophorum sententias apud ipsos vide; ita Archelaus μυδροὺς ἔφησε εἶναι τοὺς ἀστέρας, διαπύρους δέ· Anaxagoras ἥλιον μυδρὸν διάπυρον ἔλεγεν, σελήνην γῆν. Ceterum hanc de materia lunae sententiam non repugnare alteri, quam supra Ioni tribuimus, stellas esse animatas, vel e doctrina Pythagoraeorum apparet. cf. Diog. Laert. VIII, § 27.

Celeberrimum denique scriptum philosophicum fuit liber τριαγμὸς sive τριαγμοὶ inscriptus, in quo videtur doctrinam suam uberius explicasse. Insignis de hoc libro locus exstat apud Harpocrationem in lexico X oratorum, quo loco Isocratem in oratione περὶ ἀντιδόσεως inscripta mentionem facere scribit Ionis Chii. Sed frustra Bentlejus locum orationis ejus quam dixi, quaesivit: „atqui, inquit, nec in ea oratione nec in reliquis, quae nunc exstant, est ulla mentio Ionis quod sciam." cf. epist. ad Mill. p. 67. Recte ille quidem; locus enim quem laudavit Harpocration, in ea parte orationis legitur, quae duodeviginti fere abhinc annos inventa et ab Andrea Mystoxide primum edita est. Verba Harpocrationis v. Ἴων haec sunt: Ἰσοκράτης ἐν τῷ περὶ ἀντιδόσεως. Ἴωνος τοῦ τῆς τραγῳδίας ποιητοῦ μνημονεύοι ἂν νῦν ὁ ῥήτωρ, ὃς ἦν Χῖος μὲν γένος, υἱὸς δὲ Ὀρθομένους, ἐπίκλησιν δὲ Ξούθου. ἔγραψε δὲ μέλη πολλὰ καὶ τραγῳδίας καὶ φιλόσοφόν τι σύγγραμμα, τὸν τριαγμὸν ἐπιγραφόμενον, ὅπερ Καλλίμαχος ἀντιλέγεσθαί φησιν ὡς Ἐπιγένους· ἐν ἐνίοις δὲ καὶ πληθυντικῶς ἐπιγράφεται τριαγμοί, καθὰ Δημήτριος ὁ Σκήψιος καὶ Ἀπολλωνίδης ὁ Νικαεύς. ἀναγράφουσι δὲ ἐν αὐτῷ τάδε·

„Ἀρχὴ δέ μοι τοῦ λόγου πάντα τρία καὶ πλέον τοῦδε πλέον ἔλασσον τούτων τριῶν ἑνὸς ἑκάστου ἀρετὴ τρίας, σύνεσις καὶ κράτος καὶ τύχη."

Quae corruptissima, ut patet, priusquam corrigere conor, nolo invidere lectoribus, quae ad explicandam vocem ἀναγράφουσι praeclare notavit Bentlejus ad Mill. p. 67.; verba ejus haec sunt: „ἀναγράφουσι, sc. Eratosthenes in descriptionibus temporum aut potius Callimachus in tabulis omnis generis librorum; nam ἀναγράφειν est in tabulas recensere.“ Haec Bentlejus. In emendando fragmento quae alii ante Bentlejum tentaverint, si repeterem, operam perderem. Equidem auctor tibi sum, aut cum Bentlejo ut legas: „Ἀρχὴ δέ μοι τοῦ λόγου· πάντα τρία, καὶ οὔτε πλέον οὔτε ἔλασσον τούτων τριῶν κ. τ. λ. (sollemnis enim est formula οὔτε πλέον οὔτε ἔλασσον cf. Isocrat. περὶ ἀντιδόσ. p. 294. ed. Dind. 18. — Anaxagoras apud Simplic. in Phys. Aristot. p. 33. b: τούτων δὲ οὕτε διακεκριμένων γινώσκειν χρὴ ὅτι πάντα οὐδὲν ἐλάσσω ἐστὶν οὐδὲ πλείω, οὔτε ἄνυστον πάντων πλείω εἶναι.) aut leviore etiam mutatione scribas: „Ἀρχὴ δέ μοι τοῦ λόγου· Πάντα τρία, καὶ πλέον οὐδὲν οὔτε ἔλασσον τούτων τριῶν· ἑνὸς ἑκάστου ἀρετὴ τρίας, σύνεσις καὶ κράτος καὶ τύχη.“

Locus igitur Isocratis, ad quem notam illam scripsit Harpocration, legitur in oratione περὶ ἀντιδόσεως p. 322, 11. ed. Dind. διατρῖψαι μὲν οὖν περὶ τὰς παιδείας ταύτας χρόνον τινὰ συμβουλεύσαιμ' ἂν τοῖς νεωτέροις, μὴ μέντοι περιιδεῖν τὴν φύσιν τὴν αὐτῶν κατασκελετευθεῖσαν ἐπὶ τούτοις, μηδ' ἐξοκείλασαν εἰς τοὺς λόγους τοὺς τῶν παλαιῶν σοφιστῶν, ὧν οἱ μὲν ἄπειρον τὸ πλῆθος ἔφησαν εἶναι τῶν ὄντων, Ἐμπεδοκλῆς δὲ τέτταρα, καὶ νεῖκος καὶ φιλίαν ἐν αὐτοῖς, Ἴων δ' οὐ πλείω τριῶν, Ἀλκμαίων δὲ δύο μόνα, Παρμενίδης δὲ καὶ Μέλισσος ἕν, Γοργίας δὲ παντελῶς οὐδέν.

Praeterea hic liber laudatur a Diog. Laert. VIII, 8,

a Clem. Alex. stromat. libr. I, p. 333, A. ed. Sylb., et a Suida et Eudocia. Diogenis verba haec sunt: *Ἴων δὲ ὁ Χῖος ἐν τοῖς τριαγμοῖς φησὶν αὐτὸν* (sc. *τὸν Πυθαγόραν*) *ἔνια ποιήσαντα ἀνενεγκεῖν εἰς Ὀρφέα*. Clem. Alex. l. l. sic scribit: *Ἴων δὲ ὁ Χῖος ἐν τοῖς τριαγμοῖς* (scribitur *τριγράμμοις*) *καὶ Πυθαγόραν εἰς Ὀρφέα ἀνενεγκεῖν τινὰ ἱστορεῖ, Ἐπιγένης δὲ ἐν τοῖς περὶ τῆς εἰς Ὀρφέα ποιήσεως Κέρκοπος εἶναι λέγει τοῦ Πυθαγορείου τὴν εἰς Ἅιδου κατάβασιν κ. τ. λ.* Suidas v. *Ὀρφεύς*, quocum consentit Eudocia v. *Ὀρφ.*: *Ὀρφεὺς ἔγραψε τριασμούς.* (sic. Mediol., Küsterus *τριαγμοὺς* et *λέγεται* posuit) *λέγονται δὲ εἶναι Ἴωνος τοῦ τραγικοῦ.*

Fallitur Heerenius ad Stob. eclog. phys. I. p. 552, et commentt. de fontt. eclog. Stob. II. p. 169, hunc librum dicens jam a Callimacho secundum Harpocrationem ab Ione esse abjudicatum; „in quo, inquit, non possum non Callimacho suffragari; ipsum enim libri initium ab Harpocratione servatum Pythagoreum auctorem fuisse prodit.“ Fallitur, inquam, vir cl., non enim Callimachum ipsum ut spurium notasse librum, scribit Harpocration, sed ab aliis notari et Epigeni tribui eum referre (*ἀντιλέγεσθαί φησι*). Hoc vero non dubito cum Bentlejo erratum putare. Epigenes enim non solum de Orphica poesi (*περὶ τῆς Ὀρφέως ποιήσεως* sive *περὶ τῆς εἰς Ὀρφέα ποιήσεως*) scripsit, cf. Clem. Alex. Stromat. I, p. 333, A et D. V, p. 571, B ed Sylb, sed etiam commentarios in Ionis libros composuit, qui hujus cum libris cum circumferrentur, facile potuit fieri, ut *τριαγμοὶ* utrius essent dubitaretur. Quod vero Suidas Orpheo ipsi tribuit *τοὺς τριαγμοὺς* tantum abest ut inde argumentum peti possit ad spurium judicandum librum, ut eam ob causam vel maxime Ioni vindicandum esse

putem. Recte enim Bentlejus, Suidam solito stupore verba ejus, quem exscripsit, parum intellexisse et quod mentio Orphei in eo sit facta, Orpheo librum tribuisse statuit. Quodsi denique argumentum libri hujus spectamus, Pythagoreum sane auctorem fragmentum illud prodit, incipit enim de ternarii numeri virtute ac praestantia, unde derivata est inscriptio *τριαγμός*, sicut alias celebratur *τετράκτυς*: haec vero res nostram de libri auctore sententiam confirmare potius quam refellere debet. Nam Ionem non mediocriter Pythagoricae doctrinae fuisse deditum, cum epigramma in Pherecydem, quod supra laudavi, doceat, tum philosophiae ejus principium evincit. Praeter locum Isocratis, ex quo Ionem discimus tria statuisse rerum principia, alius exstat locus apud Aristotelem et apud commentatorem ejus Philoponum, qui rem conficit:

Aristoteles *περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς* lib. II, init. p. 329, a, ed. Bekk. *τούτων δὲ τὴν ὑποκειμένην ὕλην οἱ μὲν φασιν εἶναι μίαν, οἷον ἀέρα τιθέντες ἢ πῦρ ἤ τι μεταξὺ τούτων, σῶμά τε ὂν καὶ χωριστόν, οἱ δὲ πλείω τὸν ἀριθμὸν ἑνός, οἱ μὲν πῦρ καὶ γῆν, οἱ δὲ ταῦτα καὶ ἀέρα τρίτον, οἱ δὲ καὶ ὕδωρ τούτων τέταρτον ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς.* Ad hunc locum Philoponus in commentt. ad Aristot. de generat. et corrupt. edit. Venet. Ald. 1527. p. 46, b, lin. 5. haec notavit: *εἰπὼν τοὺς ἕν τι τῶν τεσσάρων ὑποτιθεμένους ἀρχὴν τῶν σωμάτων, νῦν τοὺς πλείους μιᾶς ὑποτιθεμένους ἐκτίθεται, ἤγουν τινὰ τῶν τεσσάρων, ἢ καὶ αὐτὰ τὰ τέσσαρα, οἷον πῦρ μὲν καὶ γῆν ὁ Παρμενίδης ὑπέθετο. ταῦτα δὲ μετὰ τοῦ ἀέρος Ἴων ὁ Χῖος ὁ τραγῳδιοποιός, Ἐμπεδοκλῆς δὲ τὰ τέσσαρα ὑπέθετο.*

Quibus ex fragmentis paucissimis quae de philo-

sophica Ionis doctrina erui vel potius divinari possunt, vix ad summam ejus intelligendam sufficiunt. Hoc certe manifestum est, tria Ionem statuisse rerum elementa, ignem, terram, et aerem, ad quae dubitari potest, quemadmodum referenda sit illa trias σύνεσις κράτος καὶ τύχη; sicut enim Empedocles φιλίᾳ καὶ νείκει, alii velut atomistici τύχῃ, Heraclitus εἱμαρμένῃ vel iterum φιλίᾳ καὶ νείκει elementa conjungi vel dissociari docent, ita cogitatis illis συνέσει κράτει καὶ τύχῃ tria elementa regi inque unum cogi possit videri esse sententia Ionis. At ita censeas cave; immo hoc verum esse puta: Ion librum suum, quem poetico potius tumore, quam placida et tranquilla disceptatione conscriptum fuisse apparet, sublimi plenoque ore inchoat triada suam celebraturus, quam non solum in rerum elementis, quamquam hoc maximum est, sed in omnibus rebus apparere atque valere dicit. „Initium, inquit, mihi sit sermonis: Omnia tria, neque plus quidquam neque minus his tribus; uniuscujusque virtus trias, intelligentia vis ac fortuna." Sicut enim Pythagoraei omnes res esse numerum contendebant, simili fere modo Ion numerum ternarium in omnibus deprehendi et ad naturam eorum pertinere docet. Quam triada in hoc libro τριαγμοῦ cum explicaret, de physicis enim in libro qui κοσμολογικὸς inscribitur disputaverat, non potuit quin mentionem faceret Pythagorae, doctrinae suae auctoris, et sapientiam ejus collaudaret. Itaque non est, cur haereamus in locis iis, quos laudavi Diogenis Laert. et Clementis Alex., quibus Ionem in hoc libro scripsisse referunt, Pythagoram Orpheo quaedam supposuisse. —

Restat ut de dialecto, qua philosophica esse scripta *putem, paucis* exponam. Recte Bentlejus de fragmento

illo τριαγμοῦ „ubi, inquit, singula quidem verba sunt communia: qui tamen ex ipso charactere et forma dicendi non sentit ionismum, nihil sentit.“ Quicunque literas Graecas non modo a limine salutavit, animadvertisse oportet, id quod supra uberius explicavimus, gentium illarum differentiam cum in reliquis tum maxime in philosophia valuisse, ita ut singulae disciplinae gentium quasi colorem traxerint. Reliquas omitto, Pythagoricam vero disciplinam doctrinamque vere Doricam fuisse, non est quod pluribus explicem. Quare in exponendo systemate quod vocant Pythagorico, utraque dialecto et Dorica et Ionica scribere noluit vel non potuit, altera enim quominus uteretur doctrina Dorica, altera, gentis origo et philosophorum usus impedivit; scripsit igitur communi sive Attica, praesertim cum principes aetatis illius philosophi Attici essent; in struendis tamen verbis ionismum exuere non potuit. —

INDEX I.

INDEX II.

8

19

3

19